DE DIUINA CIUIUM CIUITATIS DEI PRAEDESTINATIONE, DEQ CIUIUM CIUITATIS SATANAE...

Lodovico Borojo

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
31 K
7

Digitized by Google

DE DIVINA CIVIVM CIVITATIS DEI.

PRAEDESTINATIONE, DEQ CIVIVM CIVITATIS SATANAE PRAESCIENTIA, ET REPROBATIONE.

Opus ſanè pium Catholicum, & Doctum.

DIALOGISTICO MORE ORDINATVM, & in tres Libros digeſtum.

Cum annexa Quæſtione, ac illius clara ſolutione, videlicet an in præſenti vitæ ſtatu quidam iniqui ſint in termino finitæ damnationis ante mortem, nec ne.

Auctore Venerab P. LVDOVICO BOROIO, *Tenenſi, Tridentino, Ord. Min. de Obſeru. Prou. S. Antonij. DD Scripturarum, atque vtriuſq; Theol. profeſſore excellentiſſ.*



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VERONAE. Typis Angeli Tami. M DC XII.

PERMISSV SVPERIORVM.

Conv. S. Mariæ Magdalenæ Urbis

Digitized by Google

Digitized by Google

FR. IOAN. FRANCISCI SANDALI

DICTI DE MILLA DE VERTENEO Emoniæ Iſtriani,

AD R. P. LVDOVICI BOROI TENENSIS Tridentini Minor. Obſeru. Theologi & Prædicat. Excell. de Prædeſtinatione & præſcientia Tractatum Panegyris.

LABYRINTHVS, quo inuoluuntur multi dicentes, cum Deus finem Creaturarum non ignoret, hac de cauſa operandum non eſſe; etenim ea, quæ Deus ſcit deficere non poſſe, quantus ille ſit animaduertens, & quantum circa hæc Paternitas tua inſudauerit videns; quoad pro viribus poſſum, Dominum Dictatorem tuum laudo, & te tamquam Inſtrumentum, in tam graui onere voco ſuaue. Nam ex vena Sancti Euangelij liquefiendo illud: Quid hic ſtatis tota die otioſi? animum præbes non dormiendi dormientibus, dum hora ſit iam cum Apoſtolo de ſomno ſurgere. Rectè Pater reijcis falſam non operandi, ob prædeſtinationem Diuinam, non intellectam opinionem. quoniam

bonum operatum non perditur. Non reſtat enim carceratus, quin non manducet, & bibat, & alia faciat; quamuis Iudicem eius iuſtificationem, vel condemnationem non ignorare ſciat. Ad cuius ſimilitudinem in carceribus Mundi huius, quanquam Deus vniuſcuiuſq; finem non ignoret, operandum rectè eſt: quia, ſciente Deo, me damnandum, minor pęna; & ſciente me ſaluandum maior gloria mihi erit. nam in domo Patris mei manſiones multæ ſunt dicit. Nec obſtat quòd, & quantitatem gloriæ, & damnationis præuideat Dominus: nam operante me multa, non præuidebit pauca; & operante me pauca, non præuidebit multa: & non operante me penitus, non præuidebit me Deus penitus operaturum. Quanta igitur operatus fuero, tanta, & non maiora, nec minora, nec contraria præuiſa ſunt. Etenim, cum iuſtiſſimus ſit, iuſtiſſimè agit. Nec obſtat etiam cum Deus ex nihilo creaſſet Mundum, ex nihilo igitur præuidiſſet Mundum: nam iſtud nihilum, cum nihil ſit, nihil ex ſe operari poteſt, & ideo, vbi impoſſibile eſt, Deus ibi ſupplet; Quod omnino de nobis dici non poteſt, cum aliquid nunc, & non nihil ſimus. Et cum aliquid ſimus, conſequenter etiam aliquid ſeruatis ſeruandis, operari poſſumus: Sicuti hoc à te (Pater mi grauiſſime) in Opere tuo plene diſcuſſum, & ad inſtar tritici omne cribratum, & purgatum reperitur. Angulus non eſt, vbi petra angularis non eſt: nec dubium videmus, quod ſolutum non ſit: nec titubationem, quæ directa non ſit: nec inuolutionem, quæ extricata non ſit: nec breuitatem, quæ prolixitate, nec prolixitatem, quæ breuitate indigeat: omnia confirmando, omnia roborando, & omnia comprobando. Ad aliud non inſudaſti, niſi ad quieſcendas mentes, ad diſponendos ſpiritus, ad reaſſumendas vires,

ad

Digitized by Google

ad perficienda bona, & ad ſaluandas animas, cum corporibus ſimul.

Spero multos opus hoc tuum lectituros, ob ſolutionem ſcrupulorum, & confuſionum ipſorum, in poſterũ excitandos; teque veneraturos viuum, & mortuum. Et ego minimus omnium, laudo pijſſimum, ac æternum patrem, qui in te talia operari dignatus eſt.

Digitized by Google

AD OPERIS AVCTOREM

ALEXANDRI BRVGENSIS

B E L G AE.

TV qui ſtelliferi reſerans penetrabilia Cæli,
Eloquio pandis myſtica ſacra graui,
Doctorum Ludouice Decus. Quæ proxima cælo,
Dum dicenda vides ſaxa tenere ſoles?
Flumine quo ſitiēs largo quo fonte bibiſti,
Quæ, tibi, tam docto pectore dulce fluunt?
Num tenuit Tabor meditantem; aut arduus Hermon?
Iordanis refugis num recreauit aquis?
An mage ſidereo, mentem, delapſus Olympo,
Spiritus inuaſit, corripuitque tuum?
Ille tibi & vidiſſe dedit, quæ lumina nunquam
Humana ex altis, nobilibuſque iugis.
Scilicet ætherea quibus inclyta limina ſedis
Aptauit. ſumma pro bonitate, Deus.
Et Stygij pateat quibus aula ſuperba Tyranni;
Nox vbi perpetuus luctus & horror adeſt.
Ergo alacres huc ferte gradum, quicunq; potentum
Subditis iniuſto colla benigna pedi:
Diſcite quæ veſtros expectet palma labores,
Diſcite, quàm merces ampla repoſta, pijs;
Vos quorum impietas latè graſſatur, & audet,

Sper-

Spernere ſupremo fulmina miſſa polo.
Ad tetras Erebi miſeros ſcelera impia fauces,
Cernite, quam miſera conditione trahant.
Heu lapſos reuocate pedes, reuocate poteſtas
Dum datur, & niti ſpe meliore licet.
Id vobis præſtabit Opus quod cernitis iſtud;
Ipſe præit vobis dux Lodouicus iter.

Digitized by Google

Digitized by Google

ADMODVM REV. PRESB. IACOBI PIGARI

EPIGRAMMA.

AN Deus æthereis Regnis prædeſtinet vllos
Præſciat annullos Tartara amare magis?
Arcani tanti, ſola quod mente Tonantis
Eſt clauſum, quid nã nomina tanta velint
Deſtinet hos Mundi cur nam moderator olympo,
Ad ſtigios illos cur ſinat ire Lacus?
O operum quanto, verborum ò lumine quanto
Huius clara viri nos monumenta docent,
Nec mirum, ipſe etenim, cęli penetrauit in arcem
Vidit, & hæc ſummi corde repoſta Patris
Nuncius inde fuit noſtras demiſſus ad oras
Panderet vt terris intima ſenſa Dei.

Digitized by Google

IN OPVS AVCTORIS

MARCVS BOLLANVS CLERICVS VERONEN.

Ad Lectorem.

CVr Deus empyreis miſerens hos deſtinet oris,
Hos neget, atque ſuis reprobet inde malis
Cernere mens fugiat; pleneque has noſcere cauſas:
Scilicet immenſo victa nitore nequit.
Vidit at hæc ſummum ſcandens LVDOVICVS Olympum
BOROIVS: præſens quæ tibi monſtrat opus.
Lumina defigens tutus penetrauit in illam
Lucem: quid mirum? nam Iouis ales erat.

DEI

Digitized by Google

DEL R. D. B. GIER.

ALto lume, alto ſol, à cui le ſtelle
Loco cedono inſieme almi ſplendori
MOLTO miro da eccelſi, e ſanti honori
Reſtar virtudi più ch'ornate, e belle.
Eſce fama immortal di gloria, ed elle
Vnendo il ſuon, e'l gran theatro fuori
Ergendo il crido hormai all'alti chori
Rendonſi lor felici alte nouelle.
Paga ſacra d'honor, e gloria tale
Acquiſti più de l'altri, non che vguale,
Dotto, e diuin ſcriuendo in queſti inchioſtri.
Raro, e gentil ſoggetto hor più ti moſtri,
Et hor l'alma bear' in ſin' Aſciſo
FRA primi inſieme, e da gl'altri diuiſo.

DELL'ISTESSO.

LI don celeſti, e l'alte gratie infuſe
O di ſacra Minerua altero petto,
Di rara virtù nati, alto ſoggetto,
Offerſer nel tuo ſen le ſacre Muſe.
Virtù, ch'in nobil ſen foſte rinchiuſe,
Indi per far di voi felice aſpetto
Corone ornate homai, Diuino effetto
Ordite ben di man, ch'iui l'infuſe.
Ben mira nuouo Apprin alto ricetto,
Oue lucenti ancor, e via più chiara
Rende l'eccelſa mano egreggio ſtile.
O ricco ſen, ò venturoſo petto,
In cui ſoggiorno fà virtù gentile
Ogn'hor al mondo grata, ogn'hor più cara.

DEL-

Digitized by Google

DELL'HONORATO SIG. ORLANDO PESCETTI.

Altri che Dio non puote, od à cui Dio
Manifeſtati gli hà, ſaper gli ocolti,
E ripoſti miſteri, che raccolti
In queſte carte hai ſpirto eletto, e pio.
Qual core or fia coſi maluagio, e rio,
Che, ſe quelle addiuien che legg'ò aſcolti,
Subito al ſuo Signor non ſi riuolti,
Da ſe ſgombrando ogni terren diſio.
O di che ricche, ò di che nobil prede,
Tolte al vorace, e non mai ſacio Auerno
Nell'auuenir ornar vedraſſi il Cielo?
Qualunque in Criſto, e nella Chieſa crede
Opri pur ben, ch'alcun non torà il velo
Dell'oſcuro d'Iddio decreto eterno.

DEL-

Digitized by Google

DI F. GIO. FRANCESCO
DA VERTENEGLIO ISTRIANO
MIN. OSS.

SONA *mia Cetra in te ſtupendi paſſi,*
E poi ti forma queſte lodi ardenti,
Mentr'all'vdir de' tuoi mirandi accenti
La ment'è abſorta ne gli eterni ſpaſſi.

In l'Opra tua m'allegri, & hor ſpauenti;
Tal ch'i miei ſpirti sbigottiti, e laſſi
Non potendo volar ſuperno à i venti,
Dettan qua giù gl'Encomi humil', e baſſi.

Leggeſti, e predicaſti ancor molt'anni:
Perche laſciar voleſti in buon coſtume
Di memoria ne i Tempi vn largo lume.

Hor reſta in pace. Iddio ti ſpieghi i vanni:
E à me dia gratia farti Impreſe, ed Armi
In vita, in morte, in proſa, e in dolci carmi.

AD

Digitized by Google

AD LECTORES.
Auctor.

IN DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI Charitate (dilecti, Catholici, Sapientesque Lectores) ſcire vos vellim, mentem meam fuiſſe cum hæc Diuinæ Prædeſtinationis Tractatu iterum ædere præclarum, doctum, pium, & Catholicum de Ciuitate, & Ciuibus Dei, deque Ciuitate, & Ciuibus Satanæ in duplo à prima æditione à me auctum, & illuſtratum opus. Verùm, deficiente medio, etiam Labores Impreſſorum defecerunt. Idcirco propoſitum meum quanuis effectu ſuo caruit, non tamen pænitus corruit. Nam Deo Benedicto dante, vita comite, nec rem, nec labo-

rem

Digitized by Google

rem deſeram, quin quoad primum potero iterum imprimi, & tanquam totius voluminis, caput, Tractatui huic antecedenter vniri faciam. In hac ſecunda ędititione ab erroribus, quibus prius ſcatebat purgatus eſt. Sed quia vinum huius mortalitatis ferè ſemper miſtum eſt aqua, & Argentum ſcoria: ideo ſi adhuc aliquibus alijs ſcatebit, veſtro rationali, ac diſcreto iuditio cauſam conijcere poteſtis. Quapropter, quemadmodum Pharmaca corpori ægro ſuo tempore, & occaſione adhibentur, ſic & ego errorum Indicem corrigendorum poſt tabulas appoſui. Valete. meq; ſeruum veſtrum veſtra dignemini diligere gratia, veſtrisque Deo commmendare precibus.

TAVOLA

Digitized by Google

INDEX RERVM MEMORABILIVM LIBRI PRIMI DE PRÆDESTINATIONE.

A

ACtiuè & contemplatiuè quomodo vacemus. pag. 2
Angelis & Hominibus quare nobilior finis conueniat. 8
A bono patre erga filios non niſi bona voluntas, & quare. 8
Authoritas diuinarum ſcripturarū, & fidei ſupranaturales rationes ſunt. 18
Animæ infidelium non ſunt Virgines nec ſponſæ Chriſti. 18
Alij ad honorem, & alij ad contumeliam a Deo *quomodo plaſmantur.* 15

B

BEnedictio Dei lata primis parentibus humana natura quid ſignificabat. 9
Benedicere aliquem ex corde quid reſferat. 10
Benedictio Dei data auibus & piſcibus in Geneſi, quid referebat. 11

c Clare

C

CLare cognoſcenda in nouo teſtamento, quomodo in veteri tradita erant. 9
Creari quid profuit, niſi prædeſtinari profuiſſet. 10
Chriſtus ſatis clare, ac ſufficienter docuit neceſſaria ad ſalutem. 25
Concioni Pauli crediderunt quotquot, præordinati erant ad vitam æternam. 26
Chriſtus, quomodo prædeſtinatus eſt filius Dei. 27
Chriſtus aſſumendo humanam naturam, quomodo reliquit domum & hæreditatem ſuam. 31
Chriſtum pati oportuit, & in gloriam ſuam per reſurrectionem ingredi. 31
Chriſtus in mundo erat, & de mundo non erat. 4
Chriſtus cognoſcit bonos, & malos differenter. 34
Conſequentia valida inter credentes, & non credentes. 22
Credentibus, & ſperantibus tãtum, oſtium ſalutis clauſum erit. 19
Conformitas imaginis filij Dei, nequit haberi a nobis abſque auxilio Dei. 54
Chriſtus communi vocatione vocat omnes. 55
Culpa nõ habuit vnde gloriari, ex abſoluta incarnatione filij Dei. 31
Culpa quomodo fælix. 31

D

DOcti ab indoctis quo differant. 1
Deſtinare & dirigere hominem ad finem ſupernaturalem quid ſit. 7
Damnati in ventrem matris ſuæ ingrediuntur & conſeruantur in eſſe. 19
Diabolus vnde inuidia motus excitare primam mulierem, & per eam virum ſuum edere fructum vetitum. 30
Deus figulus, & plaſtes. 15
Diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum, de quibus intelligatur. 33
Deus cum cauſis ſecundis creat, & plaſmat homines vſque ad finem mundi. 15
Dilectio Dei, & noſtra quomodo oppoſito modo ſe habeant. 14
Deus generaliter vocat omnes ad ſalutem, quare autem non omnes ſaluan-

Digitized by Google

ſaluantur. 30
Deus quomodo facit prædeſtinatos vaſa in honorem, & reprobos, in contumeliam. 16
Deus nihil fecit odiendo. 41
Diſcrimen inter Iudam, & alios Apoſtolos. 19
Deus nihil odit horum quæ fecit, quomodo intelligatur 40
Diligentibus Deũ tepide, ac frigide, peccata, non cedunt in bonũ. 33
Dilectio Dei in aliquem, quid refert. 14
Deus nouit qui eius ſunt, & quomodo. 20. & 34
Diligentibus Deum in hac littera D. Pauli. Quatuor conſideranda ſunt. 35

E

Eccleſia militans adiſcendo multa, cui aſſimilatur. 6
Electio, & aſſumptio neceſſaria cuilibet beato 14
Eſſe ad non eſſe comparatio. 10
Eſſentia diuina, quomodo eſt omne bonum. 13
Electum non eſſe, eſt cauſa infidelitatis, quomodo 23

F

Fides donum Dei & prædeſtinationis effectus eſt. 23
Facies Dei, quid 13
Fides quid ſecundum Cic. 17
Frumentum, & zizania in agro piſces boni, & mali in rete, atque Virgines prudentes, & fatuæ aſſimilantur prædeſtinatis, & reprobis. 18
Firmitas diuinę prædeſtinationis oſtenditur. 21

H

Hæreditas Domini eſt merces fructus ventris. 40
Homo de quo magis habet timere, & gaudere in hac mortalitate. 12

I

Ideæ & exemplaria Angelorum, & Hominum æterna ſunt in Deo ſic, & prædeſtinatio. 9
Iudas noluit ad ſui cuſtodiam cum Chriſto concurrere, & ob hoc damnatus. 20
Ite maledicti, quid innuere velit. 24
Ignis æternus, quibus paratus. 25

Digitized by Google

Intelligentia germana dicti Pauli Apoſtoli Venit Chriſtus peccatoris ſaluos facere. 30

Inconuenientia ſeu incommoda, quæ fuiſſent orta ſi homo non fuiſſet prædeſtinatus. 10

Intelligentia litteralis, & ſpiritualis electionis Iacob & reprobationis Eſau. 40

Impij quomodo proſequuntur odio a Deo. 40

Ieſus Chriſtus quid fecit ad Iudæ cuſtodiam. 20

Ite ad vendentes & emere oleum, quæ verba ſint iſta. 19

M

M*Oyſes quam maiorem gratiam potuit inuenire apud* Deum *adhuc mortalis* 13

Moyſen cognitum eſſe a Deo *ex nomine, quid ſit.* 13

Moyſes cupiebat ſibi oſtendi faciem Dei. 13

Miſerebor cui voluero & clemens ero, in quem mihi placuerit de prædeſtinatis intelligitur. 13

Malachias memorat grande beneficium factum populo Iudaico a Deo, *& exprobrat illorum ingratitudinem.* 38

Maior ſeruiet minori: iſta prophetia quando impleta eſt de Iacob & Eſau. 39

Miſerebitur Deus *cuius miſertus eſt* 41, & 42

Meritum adhærentium Deo *in quo ſitum.* 33

Memoria peccatorum cedit in bonum beatis in gloria. 33

Multiplicatio & repletio terræ præcepta primis parentibus humanæ naturæ, quid ſignificabat 9

N

N*On eſt volentis neq; currentis, eſt illatio conſequentia facta ab homine.* 32

Nuptiæ beatorum, quando explentur. 18

Numquam minus ſolus quam cum ſolus ſum quomodo 2

O

O*V s Chriſti ſaluas eſſe in vtroque homine clareſcet.* 21

Oues Chriſti non rapientur de manu eius. 21

Ouem Chriſti eſſe & credere a quo proueniat. 23

Ouem Chriſti non eſſe & non credere, unde. 23

Oues ſtatuere a dextris & Hædos a ſiniſtris, quomodo intelligatur.

Digitized by Google

tur. 24
Odium quomodo poteſt eſſe in tranquilliſſima & quietiſſima illa diuina eſſentia 40
Odium dupliciter conſiderari poteſt. 41
Origenis proba expoſitio dicti: Non eſt volentis neque currentis 42

P

PRædeſtinati tantum, vitam æternam aſſequuntur. 5
Prædeſtinata multa, quibus medijs obtineantur. 5
Prędeſtinationem eſſe, & dari rationibus oſtenditur. 7 & 8
Prædeſtinationem Dei non credere eſſe, quod malum cauſat. 8
Prædeſtinationis mentio, quomodo in veteri teſtamento facta ſit. 9
Ante & ſine peccati præuiſione præordinatum eſt verbum Dei ſuſcipere humanam naturam, abſolutè. 29
Prædeſtinatio eſt pactum æternum 14
Placens Deo factus eſt primo dilectus. 14
Plantatio paradiſi & poſitio hominis in eo vt operaretur. quid ſignificet. 11
Prædeſtinatus poteſt eſſe in ſtatu damnationis & damnari, quomodo. 12
Perſonali vocatione ſolum aliqui vocantur. 38
Peccata quomodo cooperantur in bonum diligentibus Deum. 33
Propoſitum Dei, quomodo interpretetur. 33
Præcognitio & præſcientia Dei dupliciter capitur, & omnia præuiſa fore infallibiliter euenient. 34
Prędeſtinationis effectus. 11
Prædeſtinatio ęterna. recte vocatur teſtamentum vitę æternæ. 16
Prædeſtinatio confirmata per mortem filij Dei. 17
Promiſſum omne, quomodo eſt debitum. 17
Prædeſtinatus aſſumitur, & præſcitus relinquitur. 17
Paruuli ſoli ſaluantur meritis Ieſu Chriſti ſolis. 12 & 19
Prædeſtinati cum Chriſto concurrunt ad propriam ipſorum ſalutem. 31 & 42
Prædeſtinati & præſciti, quæ vaſa ſint. 16 & 44
Prædeſtinati & præſciti ad quem vſum ſunt. 44 & 15
Prædeſtinatorum & præſcitorum, qualis ſit vſus. 15
Prædeſtinati vocantur oues à Chriſto. & quare 20

Quis

Q

QVis ſit de mundo, & quis non. 4
Quid vnuſquiſque horum trium librorum de prædeſtinatione pertractet. 6
Quare primo tractandum eſt de prædeſtinatione. 7
Quando fratres Machabei martyres facti ſunt compotes vitæ æternæ. 16
Qui ſint dati Chriſto ad cuſtodiendum. 19

R

REligiones & Clauſtra, quid ſint. 4
Reprobi cur nō cognoſcūtur à Chriſto, eo modo quo electi. 39
Regnum Patris Chriſti paratum electis ab origine mundi. 24
Regnum Chriſti quando erit completum quod ad regniculas: 36
Rationes quare uerbum Dei aſſumpſiſſet humanam naturam etiam non intercedente peccato. 28 & 29

S

SCientię omni tempore incumbendum & quæ de cauſa. 6
Sapientia Dei docet myſticos Theologos. 6
Secundum prouidentiam & prouide regere quid ſit. 7
Sapientia & prouidentiæ Dei niſi correſpōderet poſſe qd ſeq̄retur. 8
Sub teſtamento æternę vitæ eſſe, quid. 16
Spiritum ſanctum ad quem finem Chriſtum promiſit mittere. 25

T

THeologię miſtice effectus quid faciant. 4
Theologiæ myſticæ & ſcholaſticę effectus. 4
Tempus veteris teſtamenti nocti ſimile, & noui diei. 9
Temerarij ſumus nos in iudicij noſtris. 15

V

VOs non creditis quia non eſtis ex ouibus meis, quomodo intelligitur. 22
Viuens inter peccatore translatus ne malitia mutaret intellectum eius de quibus dicatur. 14

Digitized by Google

INDEX RERVM MEMORABILIVM LIBRI SECVNDI DE PRÆDESTINATIONE.

A

AD beatitudinem completam hominis duo requiruntur. 69
Adiutores Dei perſeuerantes in bono vſque in finem ſaluabuntur. 85
A Bono non niſi bonum, & a malo nõ niſi malum. 102
Anima Traiani Imperatoris pagani Tiranni precibus D. Gregorij Papę ab inferno liberata eſt. 106
Anima Traiani in inferno, quomodo erat de numero prędeſtinatorum. 108
Accipiendo numerum bonorum Angelorum cum numero iuſtorum hominum ſimul, maior eſt numerus ſaluandorum numero damnandorum. 138

C

CApillus de capite veſtro non peribit de quibus dicatur. 62
Creatura irrationalis licet potuiſſet aſſumi ad hypoſtaticam vnionem

Digitized by Google

vnionem diuini verbi, non tamen potuiſſet beatificari. 68
Chriſtus eſt paſſus & efficaciter redemit tantum electos, & quoad ſufficientiam pro omnibus. 81
Chriſtus non ordinauit paſſionem ſuam valere pro omnibus efficaciter. 81
Chriſtus non ordinauit redimere & ſaluare lapſos. Angelos, & quare. 82
Chriſtus de duplici voluntate intellexit quando dixit. Non mea ſed tua voluntas fiat. 90
Chriſtus redemit tantum quos dedit ei pater in manus. 137
Chriſtus fuit realiter beatus a primo inſtanti ſuæ ſacræ conceptionis ſecundũ portionẽ ſuperiorem, & non ſecundum inferiorẽ. 93
Chriſtus per paſſionem & mortem intrauit in gloriam ſuam. 94
Chriſtus prædeſtinatus cum eſſet, quid primo egit in mundo. 94
Chriſtus qñ, & quomodo reprobauit malum, & elegit bonum. 94
Chriſtus quando cæpit mæreri pro nobis, & quando non amplius meruit vt mortalis. 95
Chriſtus quid meruit ſibi per paſſionem & mortem. 101
Cauſa non pęna martyrem facit. 102
Chriſtus ex eius aduentu concionibus, & miraculoſis operibus ab Hębreis non acquiſiuit ſibi fidem, & quare. 103
Chriſtum non venire, non erat equum vt euitaret delictum infidelitatis Iudæorum. 103
Chriſti dicta & facta omnia prædeſtinatis proſperata ſunt in bonum, quid quid contrarium euenerit de Iudæis. 103
Chriſtus non acquiſiuit ſibi paſſionem, & mortem. 103
Chriſtus erat granum frumenti ſatum in terra vt mortificaretur & per mortem ſpicarum fructum referret. 104
Chriſtus quomodo fuit in cruce a patre derelictus. 104
Chaos magnum firmatum inter reprobos & electos quid eſt. 106
Certitudo diuinæ prædeſtinationis, eſt certitudo diuinæ cognitionis & ordinis in finem vitæ æternæ, certitudo vero diuinæ præſcientiæ, & reprobationis eſt tantum certitudo cognitionis Diuinæ. 109
Corona glorię dicitur eſſe alicuius vel aliquorum duplici modo. 113
Coronã glorię, quomodo vnus perdit et alter acquirit. 113 & 114

Cuſtos

Digitized by Google

Cuſtos conuerſus erat de numero prædeſtinatorum ſecundum æternam prędeſtinationem. 118
Cuſtos ille adiutus fuit orationibus trigintanouem martyrum ad effectus prædeſtinationis: 118

D

DEfinitio quid nominis declaratur. 62
Definitio quid nominis valde conducit ad definitionem quid rei. 62
Deſtinatio apud latinos, multas recipit ſignificationes, ſeu expoſitiones. 56
Deus proponens aliquos ſaluare, dicitur prædeſtinare. 56
Diligentibus Deum oĩa cooperantur in bonũ, de quibus intellig. 64
Definitio quid nominis, & ab effectibus prædeſtinationis. 62
Deſtinatio nomen Genericum eſt. 57
Diſcrimen inter deſtinare, & prædeſtinare. 57
Deus prædeſtinatos voluit, ac fecit dignos æterna beatitudine. 60
Dilectio, & Electio aliter ſe habent in Deo, quam in nobis. 65
Deus nullo modo eſt prædeſtinabilis. 68
Differentia quæ eſt inter ſcientiam Dei et noſtram. 69 & 70 & 71
Deus ab æterno ſicut nunc & nunc ſicut ab æterno cognouit, cognoſcit, & cognoſcet res prętęritas, præſentes, & futuras ſecundum omnem temporis differentiam. 72
De Deo dicuntur omnes temporum differentiæ. 72
Deus prędeſtinauit, prædeſtinat, ac prædeſtinabit. 73 & 74
Deo ſunt omnia præſentia in ratione cognoſcibili. 75
Deus non aliter cognoſcit facta quam fienda. 75
Deus benedictus vnico actu intellectus, & vnico actu voluntatis æternaliter intellexit, ac voluit omnia, tamen ſecundum modum noſtrum intelligendi oportet obſeruare aliqua inſtãtia 78 & 79
Deſiderans finem alicuius rei vult etiam naturalia conſequentia illud eſſe. 19
Deus benedictus voluntate antecedenti voluit omnes ſaluos fieri, cum medijs ad illum finem conſequendum. 190
Deus prędeſtinans electos ſuos, ſe habuit negatiue circa alios. 80
Diuus Paulus dicit Deum velle omnes homines ſaluos fieri, & nõ ſaluare actiue. 85

Digitized by Google

Deus quid acquiſiuit per mundi creationem? 88.
Deus vult omnes ſaluos fieri, quomodo à D. Auguſtino, & alijs hoc dictum exponitur. 89.
Deus cuſtodit electos ſuos, vt non pereant. 97
Diligentes Deum diliguntur ab ipſo. 97
Diligentibus Deum omnia cooperãtur in bonum, etiam peccatũ. 97
Derelictio Chriſti in Cruce, Chriſtianis proſperata eſt in bonũ. 104.
Deus non poteſt augere, vel minuere numerum prædeſtinatorum, vel reproborum, & quomodo intelligitur. 109.
Deus poſſet non prædeſtinare prædeſtinatos, & non reprobare reprobos, quomodo intelligitur. 110.
Deus an poſſit nunc aliter ordinare, quam ab æterno ordinauit, noluit ipſe. 111.
Diſtinctio pulcritudinem intelligentiæ parit, & qui neſcit diſtinguere, neſcit intelligere. 113.
Deus aliter ſe habet in reprobando, quam in prædeſtinando. 124.
Deus voluit creare dãnandos Angelos, & homines, & cur hoc? 124.
Deus non creauit otioſe, nec fruſtra damnandos. 196.
Deus prædeſtinat aliquos, & alios reprobat, & quare hoc? 127.
Deo patri complacuit dare regnum puſillo gregi. 138.
Draco lucifer cauda ſua, tertiã partẽ ſtellarũ traxit ad ſe de cœlo. 139.
Diuina voluntas non eſt irrationalis, iniuſta, nec odio affecta in prædeſtinando aliquos, & non oẽs, immo reprobãdo. 140. 141. 142.
Deus diligit Angelos omnes, atque omnes ſanctos. 142.

E.

ELectio aliquid addit vltra propoſitum. 63.
Eccleſia militans decantat Chriſtum omnium redemptorem quomodo vere. 89. & 90.
Eccleſia vocat Chriſtum ſecundum voluntatem antecedentem Redemptorem omniũ, & non ſecundum voluntatẽ conſequentẽ. 90.
Exemplum ſeruandum pro vniuerſali redemptione facta a Chriſto. 90. & 91.

F.

FInis, ad quem res creatæ ordinantur, duplex. 66.
Filij Chriſtianorum baptizati, quomodo ſunt prædeſtinati, redemptiq; & quomodo Chriſti meritum eis applicetur. 93.

Homo,

Digitized by Google

H

HOmo neſcit, an ſit odio, vel amore dignus. 135

I

IMmenſitas Dei præſens eſt omni loco actuali, quo modo autem potentiali declaratur. 74
Inter tenentes Dei prouidentiam diuerſimodè de ipſa loquuntur. 76
Intellectus diuinus tantum ab eſſentia diuina mouetur, & intra ſe intelligit omnia. Sic & diuina voluntas. 76
Io: Baptiſta in aluo matris recepit vſum rationis, pro tunc. 85
Impium eſt dicere Deum eſſe vltorem, antequam aliquis ſit peccator. 80 & 136
Inuidia, odium, & perſecutio Herodis proſperata ſunt in bonum Martyrum puerorum. 102
In inferno nulla eſt redemptio, & quomodo. 108
Impij viuentes dicuntur in infernum deſcendere. 122

L

LInguæ perfectio. 95

M

MIſericordia aliquando largè capitur. 62
Millenarius numerus eſt numerus vniuerſitatis, & perfectionis. 115
Media vniuerſalia data omnibus ad ſalutem, etiam reprobis ſufficientia ſunt, & non, quomodo. 114

N

NVnc, ſeu inſtans æternitatis eſt in æternitate vt punctus in centro ſphera, tempus autem fluens ſicut circumferentia. 72
Naturalis ratio probans prædeſtinatione, & reprobationẽ ſſe. 121

O

OMnes ſaluandi, ſunt electi & prædeſtinati, & e contra, iſtæ propoſitiones ſe conuertuntur. 61
Omnis qui natus eſt ex Deo, non peccat. 96
Omnia, quæ fecit Chriſtus, cooperata ſunt in bonum quibus, & quomodo. 95
Opera Chriſti bona non potuerunt ei proſperari ad gratiam, & ad gloriam eſſentialem. 93 & 95

Digitized by Google

P

Prædeſtinationis duplex diffinitio Quid nominis, & Quid rei. 56 & 62
Prædeſtinatio componitur ex hac præpoſitione, præ, & Deſtinatio nomine verbali, quæ deſignat ordinem in finem futurum. 56
Prædeſtinatio antea, vel anterior deſtinatio 66
Prouidentia Dei deſtinat omnes res ad fines ſuos aptos, & conuenientes. 57
Prædeſtinari eſt rationalem, & intellectualem naturam in finem ſupernaturalem dirigere. 57
Prædeſtinatio ponitur ſub prouidentia vt eius pars ſubiectiua. 57
Prouidentia quid ſit: ſecundum Cic. 57
Prouidentia & prædeſtinatio in quo differant. 57
Prouidentia Dei omnes homines ad beatitudinem ordinat, iuxta illud P. vult omnes ſaluos fieri 58
Prædeſtinatio dicit tam ordinem in finem quam euentum ipſius finis. 58
Prius dicitur multipliciter, & ſecundum Ariſtotilē quintup. 58
Prędeſtinationi aptatur prioritas temporis, & dignitatis. 59
Prædeſtinatio non eſt omnium ſicut prouidentia. 80
Patriarchæ, & Prophetæ, Apoſtoli, Martyres, Confeſſores, & Virgines excellentiori prędeſtinatione prædeſtinati ſunt. 61
Prædeſtinati ad maiora munia, & officia in militanti eccleſia credendum eſt Prędeſtinatos eſſe ad maiorem gloriam in eccleſia triumphanti. 61
Prædeſtinati omnes ſunt in certo, & determinato numero ſoli Deo noto. 62
Prædeſtinatio triplici modo deſcribitur a D. Auguſtino, diuerſis reſpectibus. 62 et 63
Propoſitum electio, & prędeſtinatio idem ſunt realiter, & eſſentialiter, in Deo aliquo modo, tamen diſtinguuntur. 63
Propoſitum quid ſit. 63
Propoſitum voluntatis beneplaciti Dei ſemper adimpletur. 58
Prioritas dignitatis dupliciter dicitur. 59
Prædeſtinatio quid referat. 63
Prędeſtinatio aliquo modo, ſimilis Hydræ. 64

Præ-

Digitized by Google

INDEX.

Prædeſtinatio quomodo, ſe habeat ad electionem, et dilectionem, atque ad gratiam, & gloriam. 64

Prædeſtinare quis poſſit. 66

Prædeſtinari cui conuenit. 67

Prædeſtinare, & prędeſtinari, quomodo ſe habeant 67

Prædeſtinationis quædam res ſunt capaces, & quædam non. 67

Prædeſtinatio cui primo conuenit. 67

Prædeſtinatio quid eſſentialiter includat. 69

Prouidentia in prouidente neceſſitatem non ponit. 69

Præſcientia vltra ſcientiam quid referat. 75

Præſcientia, & pręſcire quid ſint. 75

Præſcientia in duas diſtinguitur partes reſpectiue. 75

Prouidentia eſt in Deo, quæ eſt præcognitio rerum ordinabilium in finem. 75

Prouidentia quid includat. 75

Philoſophi al qui molliti ſunt deſtruere Dei prouidentiam. 76

Prouidentia quid ſecundum Damaſcenum. 77

Prædeſtinatio eſt pars prouidentiæ includens ſcientiam, præſcientiam, & prouidentiam. 77

Prædeſtinatio quid ſecundum ſuam eſſentiam. 79

Prędeſtinatio in eius definitione non adſcribitur intellectui diuino ſed voluntati. 82

Prædeſtinationem Doctores aliqui adſcribunt intellectui, & aliqui voluntati diuinæ. 84

Potentiæ Dei cur nemo præualere poteſt. 88

Patres veteris teſtamenti, quomodo agnouerunt Chriſtum, & in eum crediderunt, & quomodo, poſt prædicatum Euāgelium cognoſcunt, & credunt Chriſtiani. 90

Prædeſtinatus meret repręſentatus, cum effectibus prædeſtationis, quaſi in ſpeculo. 93 & 94

Prædeſtinatus vnuſquiſque primo beatus in ſpe beatificandus poſtea in re. 95

Prædeſtinatio conſeruat prædeſtinatum in gratia finali, non inferendo violentiam libero arbitrio. 97

Prædeſtinati multi ſimiles ſunt ligno plantato ſecus decurſus aquarum. 98

Præ-

Digitized by Google

Prædeſtinatus aliquis (permittente Deo) voluntate propria poteſt in peccato mortali perſeuerare vſque ad mortem excluſiuè. 99
Prædeſtinatus aliquis adultus poteſt eſſe in cælo cum modico iure proprio, & aliquis præſcitus cum maximo iure poteſt eſſe in cælo, & cum minimo iure in inferno. 99
Prędeſtinatus nullus poteſt reprobari, ſicut nec reprobus prędeſtinari. 15
Prędeſtinatorum, & reproborum numerus nec augeri, vel minui poteſt. 112
Prædeſtinatio bifariam conſiderari poteſt. 116
Prædeſtinatio orationibus piorum adiuuatur, & quomodo. 116
Prædeſtinatio diuina in ſe ſtabilis eſt, & non mutatur 117
Prædeſtinatio nullo modo, per aliquem impediri poteſt quoad ſe, nec quoad effectus ſuos 119
Prædeſtinatio neceſſaria eſt ad ſalutem, ſic & prædeſtinati neceſſario ſaluantur. 119
Prædeſtinatio, & reprobatio oppoſito modo ſe habent. 121
Prædeſtinatio, & reprobatio in nouo teſtamento clarius, quam in veteri edocetur. 122
Prædeſtinationis, & reprobationis veritas duabus rationibus firmatur, ac ſtabilitur. 121
Præſcientia bifariam capitur. 129
Prædeſtinatorum numerus an ſit certus, vel incertus. 130
Prædeſtinatorum numerus eſt finitus. 133
Prædeſtinatio propria alicuius perſonæ an fuerit ei reuelata. 133. & 134.
Priuilegia paucorum communem legem non faciunt. 135
Prædeſtinatorum, & reproborum numerus quis maior. 136. 137.
Prædeſtinati omnes vnum dicuntur eſſe. 139

Q

QVando perfectè cognoſcitur res aliqua. 65
Quadrageſimus ex numero eorum qui patiebantur in balneo et cecidit, de numero prædeſtinatorum erat ſolum ſecundum præſentem iuſtitiam. 118
Quilibet faciens quod in ſe eſt, poteſt ſperare gratiam, & gloriam Dei. 138. & 139

Repro-

Digitized by Google

INDEC.

R

REprobatio eſt, & dicitur ſimpliciter præſcientia. 121.129
Reprobare quid ſit? 123.124
Reprobatio in communi, & in particulari, quid ſit. 124.125
Reprobare, iterum quid. 125
Reprobus repreſentatur vt in ſpeculo. 128

S

SAnctificati in materno vtero Hieremias, & Io. Baptiſta; mater verò Chriſti, et Dei ſancta cõcepta abſq; originali peccato. 60
Scientia, præſcientia, & prouidentia quid ſint. 69
Scientia non vniuoce de Dei ſcientia, & noſtra dicitur. 69
Scientia Dei licet non ſit habitus, & qualitas; tenet tamen locum habitus. 70
Scientia Dei nequit dici, quia eſt, vel propter quid, ſicut noſtra. 71
Scientia Dei certa eſt, & ſtabilis. 71
Spes non confundit. 95
Signum, vel argumentum nullum eſt in nobis, de exiſtentia in nobis gratiæ. 95
Sedere in Cathedra peſtilentiæ, quid ſit. 98
Si nõ es prędeſtinatus, fac vt pdeſtineris, quomodo intelligitur. 112
Saulus adiutus fuit ad effectus prædeſtinationis ab orationibus D. Stephani. 119

T

TEmporale quodcunque nequit opitulari æterno. 116
Traianus orationibus D. Greg. liberatus fuit ab inferno. 106 & 108.

V

VOluntas Dei diſtinguitur à Damaſceno in Antecedentem, & conſequentem, & quid ſit vtraque declarat 186
Voluntati abſolutæ quis reſiſtit? ſecundum hanc omnia quęcunque voluit fecit. 88
Voluntas beneplaciti, & conſequentis nequit impediri. 88
Voluntas Dei immutabilis eſt antequã producat effectũ, et poſt. 88
Vnus accipiet benedictionem à Domino, & brauium promiſſum prædeſtinatis. 138

TAVOLA

Digitized by Google

INDEX RERVM MEMORABILIVM LIBRI TERTII DE PRÆDESTINATIONE.

A

APologia edita à Chriſti Martyre Pamphilo pro Origene, ſeu pro illius doctrina. 147

Auctoritates plures D. Pauli annuunt nullum bonum noſtrũ præuiſum intercedere ad prædeſtinationem. 154

Alexandri Alenſis opinio cũ propoſito exẽplo de cauſa prædeſtinationis. 157

Axioma omnium Theologorum 158

Apoſtolus Paulus vocat prędeſtinationem ſortem, & quare? 179

Acceptio perſonarum apud Deum, quare non poſſit eſſe. 181

Amor, & æſtimatio Dei erga homines in quo apparet? 185

B

BOnitas Dei eſt cauſa omnis prædeſtinationis. 183

C

CHriſtus quid voluit complete dicere, quando dixit, ſi vis ad vitam ingredi ſerua mandata. 265

Chri-

Chriſtus quid voluit innuere filijs Zebedęi in illis verbis: neſcitis quid petatis. 165
Chriſtus nō opus habuit meritis ad eſſentiale præmiū, et quare. 179
Chriſtus quare impeccabilis erat. 182

D

Deus intelligendo, & volendo non mouetur ab obiectis creaturarum. 145
Deus an determinauerit ſe prædeſtinare aliquem ex aliquo bono futuro illius præuiſo? 145
D.*Bonau. cuius ſententiæ fuerit circa cauſā prædeſtinationis.* 153
D.*Paul. ad Tit. excludit merita noſtra circa prædeſtin. cauſā.* 149
Deus opera bona præparat, vt in illis ambulemus. 170
Deus remunerat opera bona non fienda, ſed facta. 174
Deus vult conſecutionem finis prædeſtinationis, cum meritis. 179
Deus primo voluit æternam vitam electorum, quam poſtea fecit præmium meritorum. 164
Deus ſuſcepit Iſrael puerum ſuum, quomodo 169
Deus elegit nos, non quia eramus ſancti, ſed vt per electionem, & prædeſtinationem eſſemus ſancti. 170
Deus ſine nobis ex ſe operatur electionem, prędeſtinationis, & vocationem. 171
Deus creauit nos in operibus bonis, vt in illis ambulemus. 171
Deus pater cur decreuit pati Chriſtum ſuum. 172
Deus quomodo dicatur peregre proficiſci. 176
Deus ſæpe dona ſua diſtribuit ſecundum idoneitatem naturalem ſubiectorum. 177
Donum quid? 178
Deus aliquando ad conferendum gratuita ſua dona reſpicit bona naturalia noſtra. 178
Deꝰ ſolus poteſt dicere, ſic volo, ſic iubeo, ſit ꝑ ratione volūtas. 183
Deus omnia creauit propter hominē, & ſubordinauit homini. 185
Deus vniuerſa operatus eſt propter ſemetipſum, & quomodo. 185
Deus creauit impium in diem malum, & quare? 185

E

Eclipſis Lunæ quid ſit, ac propter quid Luna ecclipſatur. 144
Error eſt poſſe nos credere, viribus proprijs, abſq; Dei prin-

cipaliter auxilio. 155
Error iſte condemnatus eſt in concilijs vbi determinatur fidem donum Dei eſſe. 155
Ex naturalibus non meremur, nec demeremur. 175
Eſſe nos conformes imaginis filij Dei quis finis eſt. 169

F

FAcienti quod in ſe eſt Deus non denegat gratiam ſuam, quomodo intelligitur. 150
Forma nulla eſt ante ſuum compoſitum. 147
Finis agentis duplex. ſ. gratia cuius, & finis cui. 184

G

GLorioſius eſt coronari cum meritis, quàm ſine. 165
Græci patres nomine propoſiti, quid intelligant in verbis illis Apoſtoli: His qui ſecundum propoſitum vocati ſunt &c. & D. Auguſt. cum alijs Latinis differenter à Græcis. 169
Glorificatio hominis per p̃deſt nationem eſt finis ſubordinatus. 186
Gratia Dei vita æterna quomodo. 187
Gratia Dei meritorum mater. 187

H

HOmo quomodo eſt cauſa ſuæ prædeſtinationis. 181

I

IAcob, & Eſau fratres figuram gerebant prędeſtinatorum, & reproborum. 166
Interpretatio rectæ ſententiæ patrum Græcorum de prędeſtinatione ex prævisis meritis, nec contraria ſententiæ latinorum. 180

L

LIbertas arbitrij, quomodo ſaluatur in Chriſto, in beatis, & in prędeſtinatis. 172

M

MOdus condeſcentiæ, & congruitatis ex parte Dei poteſt intercedere ad gratiam, non tamen meritum noſtrum. 151
Merita Chriſti in qua menſura applicãtur paruulis in Baptiſm. 164
Meritũ præcedit præmium, tã in intentione, quã in executione. 164
Modum prædeſtinandi, abſq; præuiſione meritorum, tenere debemus Deo fuiſſe poſſibilem. 172
Mores ſequuntur temperamentum corporis, & quomodo? 149
Merita prærequiri ad executionem vltimi finis prædeſtinationis nullus ſanè negabit. 180

Meri-

Meritorũ inęqualitas, q̃do eſt ponẽda inter perſonas elegibiles. 180
Donorum operum noſtrorũ meritorum, & vtilitas quomodo. 180

O

OPiniones hominum circa cauſam prædeſtinationis ad tres generales ſententias rediguntur. 146
Opera bona moralia, naturalia, quomodo poſſunt intercedere ad iuſtificationem. 151
Omne medium noſtrum ad ſalutẽ eſt effectus prędeſtinationis. 151
Opus bonum ſupernaturale dupliciter. 155
Opinio tenentiũ prædeſtinationem fieri abſq; meritorũ præuiſione quibus modis fulcitur. 166

P

PRędeſtinatio diuina aſſimilatur Hydræ, & quomodo. 144
Prædeſtinatio diuina duplici reſpectu conſiderari poteſt. 145
Prædeſtinationis temporales effectus. 145
Prędeſtinatio quomodo etiam tribuitur diuinæ præſcientię. 145
Prædeſtinatio an tribuatur actui intellectus, vel voluntatis. 144
Prædeſtinationis cauſam quęrere, quid eſt. 145
Peccator niſi gratia diuina pręuentus non diſponitur ad pęnit. 150
Prędeſtinati præcogniti ſunt à Deo peculiari modo. 152
Patres græci conſentiunt ſententiæ dicentium prędeſtinationem habere cauſam ex parte prędeſtinandorum. 152
Pelagius tria aſſerebat aſſignando cauſam prędeſtinationis ex parte noſtra, valde errans. 155
Pelagius condemnatus in concilijs. 155
Prouidentia completa quid ſit. 160
Paulus Apoſtolus ad Romanos præſertim cap. 8. excellentiſſime ſcripſit de prædeſtinatione, & quare ibi dixit quis agnouit ſenſum Domini *&c.* 165
Paulus Apoſtolus quid vult dicere his verbis: Quis te diſcernit Quia habes quod non accepiſti. 167
Prædeſtinatio membrorum myſticorum Chriſti, debet conformis eſſe illius prædeſtinationi. 269
Patres aliqui ex latinis annotantur tenentes prædeſtinacionem fieri abſque meritorum præuiſione. 171
Prædeſtinare ex meritis præuiſis inconueniens eſſet: et quare? 175
Per bona opera nobis eſt ſatagendum certam facere executiuam

Digitized by Google

Dei voluntatem. 179
Prædeſtinatus quomodo neceſſario ſaluatur. 182
Prædeſtinatio Dei efficax quid ſit. 183
Per beatificationem prædeſtinatorum, nihil noui erit vel reſultabit in Deo. 186

Q

QVid eſt quærere propter quid prædeſtinationis, & reprobationis. 143
Quomodo nos habeamus ad primum motum iuſtificationis. 149
Quos præſciuit, & prędeſtinauit diuerſas expoſitiones habet. 175

S

SÆpe recipit maiora bona gratiæ, qui illis male vſurus eſt. 159
Scriptura ſacra cur dicit Rebecam genuiſſe ex vno concubitu Eſau & Iacob, & quare cum nondum nati eſſent. Quare non ex operibus. 166
Scriptura ſacra intelligit verba ſupradicta de Eſau, & Iacob, ſecundum litteram, & ſecundum Spiritum. 166
Senſus verborum illorum, prędeſtinauit, quos prę ſciuit conformes fieri imaginis filij ſui. 169
Scotus probat hanc poſitionem veriſſimam tenentem prædeſtinationem fieri liberè abſque præuiſione meritorum. 171
Si ſum prædeſtinatus faciam quid volo, ſaluus ero: ad hoc optimè reſpondetur. 179
Si non es prędeſtinatus fac vt prędeſtineris, quō intelligitur. 180

T

THeologi latini maxima ex parte tenent prædeſtinationem non habere cauſam. 171
Talenta accepta, & nobis commiſſa, & vnicuique ſecundum propriam virtutem quod? 176 & 177

V

VOluntas diuina in determinando fallere, nec falli poteſt, & quare. 145
Verba D. Pauli illa: Ex ipſo per ipſum, & in ipſo quid referāt. 167
Velle audire, & aſſentire gratiæ Dei vocanti, vt à ſolo libero arbitrio eſt, non dicitur propriè, & ſimpliciter. Velle. 168
Voluntas diuina duplici modo conſideratur in prædeſtinando. 178
Vocatio, & electio noſtra quomodo certa certitudine ſpei. 179

Digitized by Google

INDEX RERVM MEMORABILIVM EX TRACTATV STATVS Reprobi peccatoris.

A

A Facie Dei proÿci, quid ſit. 198
Apoſt. Paul. de peruerſis reprobis. 203

B

Bonum peccatoris, ſibi ipſi præfixum eſt peccatum in Spiritum Sanctum. 193
Babylonem curare, & non eſſe ſanatam, quomodo 201

C

Conuerſio peccatoris difficilis. 193
Corrigere nemo poteſt, quem Deus deſpexit 191
Charitatis verba interpoſita, vt non peccemus. 204
Conſolatio peccatorum, in tribus veritatibus eſt. 213. 214
Conſilium ſalubre, pro vnoquoque fideli Chriſtiano. 214

D

Deus, tantũmodo permiſſiue concurrit ad peccati formalè. 192
Deus cur permittat nos peccare. 191
Deus non potuit nos per naturam condere impeccabiles, nec decuit per gratiam. 192
Deus cauſa peccati permiſſiua eſt, & ſine qua non. 192
Diligere maledictionem, quid 192
Diabolus quãdo, & quõ cõſtituitur ſuper peccatores, vt Iudex. 194
Deus, quando peccatores deſerat. 196
Deus cum ſancto Sanctus eſt, & cum electo electus, & cum peruerſo peruertitur, quomodo. 196
Deus duplici contritione conterit peccatores. 196
Deſperatrices aliquæ, Dei percuſſiones. 198
Deus quando peccatoribus dicit, vt Iudæ, quod facis, fac citius. 188
Deus, ſicut vult quantum eſt ex ſe, omnes homines ſaluos fieri, ſic

in

Digitized by Google

in adultis, vult liberum arbitrium bene vſum. 101
Deus diſponit ſe ad nos, ſecundum diſpoſitionem noſtram ad eū. 201
Deus tempore accepto ſibi exaudit nos, & non ſecundum liberum arbitrium noſtrum. 206. 207
Deterius de quo Chriſtus dixit ſanato ad piſcinam quid eſt. 208
Deus, aliquando accipit tempus faciendi iuſtitias, pro tempore a nobis diſſipato, contra legem ſuam. 209
Deus, ad inſtar mundanorum principum, ſe habet. 208
Deus, quando diſſimulat, ac fingit neſcire peccata noſtra, & quando videt. 210

E

Exemplum, cuiuſdam impenitentis huius ſtatus. 200

H

Homo, non debet omni Spiritui credere, & quare. 211
Homo quilibet, credere debet, Deum poſſe ſuſcitare ex lapidibus peccatorum filios Abraæ. 211

I

Impœnitentia finalis, quæ. 207

O

Orare debemus toto corde, ne deſpiciamur a Deo. 297
Omnis qui natus eſt ex Deo, non peccat, ſed nec peccare poteſt, quomodo intelligatur. 205
Omnis peccator, ſemper ſic orare debet Illumina oculos meos ne unquam &c. 211

P

Peccatores, ex iuſtis prodierunt, ſed non erant ex iuſtis cum propoſito exemplo 202 & 203
Peccator peccando ad nihil tendit. 191
Peccare, non eſt efficere, ſed deficere. 191
Peccati, cauſa effectiua voluntaria, eſt homo peccans 192
Peccator, quando eſt in ſtatu iſto de quo loquimur, nequit benedictionem Dei acquirere, et ſaluari, Et Deus ſecundum potentiam ordinatam nequit huiuſmodi peccatorem ſaluare quomodo intelligatur. 193
Peccator, caute incedat, ne diſſipet legem Dei, quando eſt tempus faciendi. 211

Pecca-

Digitized by Google

Peccator, nullus de ſeipſo, vel de aliquo alio peccatore, poteſt certũ, ac infallibile iudicium facere, ſi ſit in hoc ſtatu de quo loquimur, diffinitę damnationis 210, & 211
Peccator habituatus, merito debet dicere Hæc infirmitas mea eſt, portabo illam 209
Peccator, licet per Dei gratiam liberetur a peccato, non tamen ſtatim ſemper liberatur ab habitu peccandi. 208
Paraliticus, ſanatus ad piſcinam, formam gerebat peccatoris. 208
Peccatores aliqui, ſunt finalis impœnitentiæ, cum propoſito exemplo 207
Peccator, quando tendit ad ſtatum definitę damnationis. 207
Peccator, dum eſt in mortali peccato, eſt in ſtatu damnationis ſecundum præſentem iniuſtitiam. 207
Peccatum ad mortem eſt; quando pro illo non eſt orandum quomodo, & quid ſit. 205
Peccator, quando contemnit omnia. 203
Peccator iſte, induit maledictionem ſicut veſtimentum. 193 et 194
Peccatores huiuſmodi, licet aliquando pęniteant ſe peccaſſe Deũque precentur pro venia, et ſalute nõ tñ aſſequuntur, & quare. 195
Pœnitentia duplex. ſ. affectione commodi, & affectione iuſtitiæ. 194
Pœnitentia damnatorum in inferno, qualis ſit. 195
Peccatores verè pœnitentes, pœnitet affectione iuſtitiæ. 195
Peccatores ſimiles ſunt infirmo ſanato ad piſcinam. 196
Peccator, effectiue aliquando, Adamante durior. 199

Q

Quid euenit tandem peccatoribus huius ſtatus. 205

S

Status quid ſit, & ad quid pertineat. 190
Status hominis triplex. 190
Status iſte de quo loquimur, datur pro aliquibus peccatoribus, & ex diuinis vtriusq; teſtamenti ſcripturis comprobatur. 191
Status iſte, à quo proueniat. 191
Status ſalutis peccatorum vere pęnitentium, à quo timore communiter incipiat. 195
Scribe, & Phariſei, ac alij perſequẽtes Chriſtũ erãt in hoc ſtatu. 206

FINIS.

Digitized by Google

Huius operis errata corrigenda per numeros indicabũtur, primus indicabit paginam, & ſecundus verſiculos paginæ, in quo errata corrigenda ſunt.

In Encomio vbi Angulum, lege Angulus		
8	5	in marg. pro ioment, leg cométi
8	20	poſt ſubſiſto, deinde, quod
8	21	poſt ſubire leg. laborem, &
8	22	poſt multo, leg. ergo paratus ſum
8	23	leg. minora nunc dare, vbi verba illa deficiunt
17	22	poſt quia leg. multi
36	21	vbi non eſt de, poſt deficere intelligatur.
48	vlt.	pro infecta, infectam
50	33	auferatur, ex
52	3	pro numeros, numerus
74	31	poſt naturaliũ, leg. quã naturaliũ
76	34	poſt ſed, leg. ſi
84	24	poſt agnitioné leg. veritatis
86	23	poſt rationis, ponatur copula &, quia multum refert
89	15	pro Theologiæ, Theologe
90	14	ante crediderunt, ponatur, in eũ, ac ante prędeſtinati, leg. omnes
90	17	pro finem leg. fidem
92	11	pro ſic vt leg. ſicut
100	3	ante Chriſtum, leg. ad
101	8	pro alij, leg. alio
101	10	pro Exorta, leg. Ex orta
104	23	leg. certantes, & patientes pro certantibus, & pacientibus
106	29	pro cotum, totus
107	35	pro quouq;, quouſq;
109		pro cauſa, cauſam.
111	31	ponatur in, ante iuſtitia diſtincte
117	vlt.	pro certe, leg. certa
123	18	pro vſq;, vſq; adeo
136	11	diuentem, pro ducentem
136	25	poſt prædeſtinatorũ, leg. numerũ
139	17	impinguendo, leg. impingendo
139	vlt.	credere, leg. crederem
141	11	qui, cui
141	14	vſas, vas
144	30	inextricabile, inextricabilem
154	23	Dum, Diuum
157	1	futurę, futura
160	2	ponatur in, poſt ordinis
170	7	genere, genera
193	13	querent, queant
195	33	perfectam, ſufficientem
204	33	poſt ciuitate, ponatur, legeret, & poſtea punctũ coma, ſic, deinde Nobis diſcipulis ſuis, vt in litera ſequitur.
163	1	poſt inequalitas, leg. alia
163	31	in mo, leg. immo
164	11	abſq; vlla
181	12	perſeuerantia perſeuerantiæ
181	16	eſſe eſſet.
191	in marg.	1. Tim. 3. leg. Tt. 3.
192	in marg.	Pſ 118. lege 108.
Vbi inuenitur cõditionãte, leg condonãte		

Habita licentia reimprimendi, à Superioribus; ſecundo impreſſum eſt opus iſtud præclarum, pium, & Catholicum.

Digitized by Google

DE DIVINA CIVIVM CIVITATIS DEI PRÆDESTINATIONE,

Deq; Ciuium Ciuitatis Satanæ Præſcientia, & reprobatione.

LIBRI PRIMI.

DIALOGISMVS,

Interlocutores Scolaſticæ Theologiæ Magiſter, & Myſticæ deuotus Senex.

MAGISTER.

CVM Anno Domini Milleſimo ſexcenteſimo quinto Verona, me illius Spiritus expuliſſet (Reuerendi Patris Miniſtri Prouintialis noſtri obedientia interueniente) ad nouū noſtræ Religionis Cœnobium Buxoleti; vt, quæ ipſius Almi Spiritus ſunt, deguſtarem melius, & enixè totisq; viribus, die noctuque actiuè, ac contemplatiuè, ſtu-

 dendo,

dendo, ſcribēdo, orationibus, meditationibus, & ſurſum actionibus alternatim vacarem; veluti alter Iacob dilectiſſimis coniugibus Liæ, & Racheli; Accidit quadam die (deambulante me per viridarium eleuata mente ſurſum in Deum) ſe conſpectui meo objcere ſenem quendam, pietatem, ac deuotionem præſeferentem: qui humili, & læta facie facta prius ſalutatione, ita me cæpit verbis tangere percontando.

MYSTICVS.

Cur (Reuerende Pater) ſolus hinc inde, per viridarium inambulans otiaris? An ignoras, malitiam multam docuiſſe, & docere otioſitatem?

MAGISTER.

Nunquam minus ſolus, quàm cum ſolus ſum, eo quia, ſi deambulans, ab exterioribus mechanicis operibus vaco: ſecundum tamen interiorem hominem, melius operari poſſum, ac operor, veluti meos inambulando, pedes, & totum corpus exerceo, ſic Chriſtus Ieſus Dominus, ac Redemptor noſter in templo, & in Salomonis porticu deambulans interiorem ſanctam ſuam animam exercebat, & ſecundum eam contemplando operabatur.

MYST.

Qui fieri poteſt, vt nunquam minus ſolus ſis, quàm cum ſolus es? Nunquid ſimul potes ſolum, & aſſociatum eſſe? verba hæc tua; Nunquam minus ſolus, quàm cum ſolus ſum videntur, ita velle inferre, quod ſi hoc, implicatio contradictionis eſſet, neque ſolum, & aſſociatum poſſent, ſimul morari, conſequenterq; nec de vno, & eodem ſimul verificari, vt clarè patet, cuilibet ratione vtenti; Valde ſcire cupio, quomodo intelligas, poſſe ſolum hominem, & aſſociatum ſimul eſſe.

MAGIST.

Diuerſimodè, ſiue diuerſis reſpectibus, de vno, & eodem homine ſimul verificantur, quando ſolus exterius, & vt ita loquar, perſonaliter ſolus, & otioſus: dum à mechanicis operibus vacat, ſecundum interiorem hominem operatur; quia ſicut ſolitarius ipſe ſedens, & tacens operatur, eleuando ſe ſuper ſe. Iuxta Hieremię in Trenis prolatū. Sic & deambulās tacendo,

ſecun-

ſecundum interiorem hominem operatur, eleuando ſe ſuper ſe, quæ eleuatio, ſecundum animæ portionem inferiorem fit, ſupra rationalem ad portionem ſuperiorem, mentẽ à ſacris Theologis vocatam cui coniungitur, & vnitur; vnde ex iſta vnione, & coniunctione interior homo Deum ſummum bonum ſpecu latur, ac ſpeculando, ſiue contemplando liberè, dulciter allicitur, & trahitur ad ipſum Deum, propter ſeipſum diligendum, & ita diligendo, in illum transfertur, fitq; deiformis. Quemadmodum ferrum in igne poſitum, in ignem, ſecundum ignis qualitates transfertur, quia cum igne reſplendit, cum illo calefacit, ac vrit; Itidẽ quilibet, hac forma Deo coniunctus, & per amorem fruitiuum in ipſum traſformatus, & deifer factus cũ Deo, per ipſius Dei gratiam, & charitatem reſplendet; Vrit vitia, & peccata, atq; ſe totum calefacit, quid amplius? Vt ignis quærit ita proximos luſtros facere, calefacere, & vrere, ac quantum pôteſt vitia, & peccata eorum vrere, & conſumare. Quibus, de primo ad vltimum nunquam minus ſolus, quàm cum ita ſolus eſt, neque melius, ac ſalubrius, vel vtilius ſe exercere valet, quàm cum ita foris otiatur; & ò ter, quaterq; fęlices ſic otiantes ſolitarij.

MYST.

Mi pater, vnde es tu?

MAGIST.

Philoſophus quidam interrogatus cuias eſſet, reſpondit, ſe eſſe de Mundo, quia forte Mundum alium præter ſublunarem iſtum non credebat, vel vix ſomniabat, vt, & alij multi errantes toto cœlo, & in tenebris cecutientes; ego autem, qui firmiter, & abſque vllo dubio credo, atq; ſpero, & expecto mũdum alium maiorem pulcriorem, & fęliciorem iſto, de mundo hoc non ſum.

MYST.

Si es in mundo iſto ſublunari, vt oculis clare cerno, quomodo de mundo non es?

MAGIST.

In mundo, mundi conditor, ac Redemptor, erat attamen ſe de mundo non eſſe, Iudæis ille dixit ita; *Vos de mundo hoc* Ioan. 8.

eſtis, & ego non ſum de hoc mundo; quia quæ mundi, & Principis eius ſunt, flocciſaciebat; Mundi, vana mundana cupiditate haud quærebat, quinimo concupiſcentia vlla mundi (quæ cũ mundo citò tranſit) non mouebatur, & quod maius eſt, non tangebatur, quia ab huiuſmodi, ſancta eius mens, nequibat titillari, vel tangi, & cum omnis Chriſti fidelis (inquantum poteſt) illius imitator exiſtit, licet in mundo iſto (toto in maligno poſito) ſit, de mundo minimè eſſe dicitur.

MYST.

Pater mi Reuerende, Myſtica Theologia per dulces, ac ſuaues fructus, & effectus ſuos raptuum in ſpiritu, & ſupra ſpiritum, per ſui defectionem, & anihilationem, per ingreſſum ad diuinam caliginem, hominem in mundo exiſtẽtem, de mundo non eſſe (vt dixiſti) facit.

MAGIST.

Vt auribus meis huiuſmodi ſermo tuus de Myſtica Theologia inſonuit, venerande ſenex, (ad quã non perueniens ſcholaſticus theologus aberrat à ſcopo, & illum non attingit, quoniam ſcholaſtica theologia tantum illuminat intellectum, vt talis, quia ferè formaliter eſt ſpeculatiua, licet virtualiter ſit etiam practica. Myſtica autem accendit, & inflãmat affectum in Dei, & diuinorũ amorem, vnde, & noſtra huius ſtatus fruitio oritur) mox ſum gaudio repletus, cum exiſtimem, te vnum eſſe ex his myſticis Theologis, ſed pro rei veritate da gloriam Deo, & fac me certiorem; Myſticus theologus es ne tu?

MYST.

Dei gratia, vnus ex illis, & fortè ex minimis, ego ſum. Tu autem cuius profeſſionis es?

MAGIST.

Prius Chriſtianæ, ac deinde Franciſcanæ.

MYST.

Ex habitu vtramque percipio. Verum eſt mihi modò ſermo de diſciplinarum profeſſione: & cum Religiones, ac Clauſtra, Scholæ ſcientiarum, atq; virtutum eſſe debeant, tu neceſſariò alicuius (ſaltem) ſi non plurium profeſſor exiſtis, ni otio torpeas.

MA-

MAGIST.

Quia gratioſè, & humiliter profeſſionem tuam prodidiſti, fateor, me quoque ſcholaſticæ theologiæ (Dei Munere) Magiſtrum eſſe: tu vero, quanam de cauſa profeſſionem meam ſcire cupis?

MYST.

Iam diu, Reuerende Pater, menti meæ vehemens ſe intulit deſiderium ſciendi, & intelligendi, quæ poſſem de diuina prædeſtinatione, quā tanti facitis (vt audiui) vos ſcholaſtici theologi, vt nemo niſi prædeſtinatus, vitæ æternæ ſalutem conſequatur. Qua propter aliquem nanciſci optabam, me aliqualiter, & ſi non plenè illam docentem, ob hoc ergo ſum de tua profeſſione percontatus, & ò vtinam a te fierem deſiderij mei compos.

MAGIST.

Quid gratitudinis ratione poſtea rependeres?

MYST.

Ex temporalibus fortunæ bonis, nec obolum quidem, cum pauperior vidua illa Euangelij ſim, quæ minuta ſaltem duo habuit, vnde in Gazophylacium reponeret, vt rei euentus docuit: Verum cum in mea Myſtica theologia iugiter, ac ſine intermiſſione orationibus, meditationibus, diuinisq; contēplationibus incumbem, memor eſſem Dñum Deum pro tua ſalute rogare. Matt. 12.

MAGIST.

Magnum bonum profectò rependeres quia eſt vnū de his, ſine quibus prædeſtinata multa nequeūt obtineri; & quia valde orationibus, & obſecrationibus piorū fidelium opus habeo, ac præſertim ſe in his, vt tu exercentium. Vt ergo pro me ad miſericordem, & propitium animabus Dominum fundas preces, paratus ſum huiuſmodi voto tuo facere ſatis, inquantum Dominus ipſe voluerit, fauerit que, ingenio etiam, & memoriæ meæ ſuccurrerit. Cum & ego quoque à principio ſtudiorum meorum Theologalium, ſub doctiſſimis præceptoribus meis in ſcholis cupidus fuerim omnia, quæ poſſem de ipſa benedicta prædeſtinatione ſcire; nec ipſi in magno, vel in paruo voluntati meæ defuere; percontatus etiam ſemper me doctiores ſim,

diui-

Digitized by Google

diuinas inſuper vtriuſque teſtamenti paginas perlegerim. Patres itidem Græcos, atq; Latinos qui de hac pertractarunt; quid plura de hac re (niſi ex diuina reuelatione) ſcire poſſem ignoro.

MYST.

Hoc eſt, quod cupiebam, talem inuenire Magiſtrum. Quantum queo, ſcio, ac debeo Domino Deo noſtro, tibiq; gratias refero pro tua generoſitate, & libenti animo; Licet ſenex annorumque plenus ſim, non me pudet tamen, formam diſcipuli aſſumere ad inſtar cuiuſdam veteris, quaſi iam moribundi Philoſophi dicentis, Et ſi alterum pedum in fouea haberem, adhuc addiſcere vellem. Cum ſcire aliquid laus ſit, culpa verò nil diſcere velle; quia etiam audiui doctos ab indoctis differre, quo videntes à cecis; In primis ergo à te bone Magiſter de ipſa ſancta prædeſtinatione, deq; ei contraria reprobatione ſcire opto.

AN ILLE SINT, QVID SINT, ac propter quid.

MAGISTER.

EX tali quærendi, & ſciendi exordio non poſſem valde nõ mirari, quomodo tu homo omnium generum ſcientiarũ prorſus ignarus (iuxta meam exiſtimationem) à tali doctrinę ordine (ab Ariſtotele in ſecundo poſteriorum libro tradito) incipias quęrere ſcientiam, niſi ſcirem Spiritusſancti ſapiẽtiam hos Myſticos Theologos ſatis de omnibus (prout opus eſt) docere; *Os multorum aperire; & linguas infantium diſertas facere*; Quare autem non te in his (quæ ad iſtud ſubtiliſſimum, altiſſimumq; prædeſtinationis arcanum pertinent) erudierit, ratio eſſe poteſt. Quod ſicut Angeli inferiores in cœleſti aula, multa à ſuperioribus diſcunt, quæ à Domino Deo ſecundum ſuum beneplacitum acceperunt; Sic & in Eccleſia militanti fiat. *Quia ergo omnia quæcumque facimus in verbo, vel opere, omnia in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti debemus facere*; iuxta Diui Pauli præceptum; ideo inuocato nomine iſto Sanctiſſimo, incipio rationibus, & authoritatibus diuinarum ſcriptura-

Sap. 10.

Coloſſ. 3.

ptura-

pturarum oſtendere vtramq; dari, & eſſe; Et primo quo ad diuinam prædeſtinationem, cum clarè ante omnia videamus, Diuinam illam Maieſtatem propriè propenſam ad ſaluandum, *Nec velle impiorum mortem verum magis ad pœnitentiam conuertantur, & viuant.*

Naturales rationes, ſic volunt, Prędeſtinationem electorum Dei eſſe. In primis iure vniuerſalis dominij, & prouidentiæ maximi optimi Dei. Cum enim benedictus Deus primum principium, ac vniuerſalis ſit cauſa, à quo cuncta dependent, vt Ariſtoteles octauo de phiſico auditu, libris de cœlo, & mundo, duodecimoq; Methaphiſicorũ ſatis probat: ſit etiam agẽs, & operans per intellectum, & voluntatem, ac liberè ſecũdum fidem noſtram, & rei veritatem: De illius ratione eſt, cuncta moderari, & regere ſecundum prouidentiam: Et quia ſecundum prouidentiam regere, & gubernare; eſt omnia in ſuum proprium aptum finem dirigere, & ordinare, rationalique humanæ naturæ, ratione immortalis animi nobilior finis conueniat ſuper omnia ſublunaria, nempe Angelorum; qui quidem finis eſt, non tantum viuere, ſed rectè, beatè, feliciterq; ſemper viuere; Ideò ad illum eundem iſte vniuerſalis prouiſor, & Rector Deus ordinauit, direxit, & deſtinauit humanam hanc naturam. Et quæ nam eſt iſta ordinatio, directio, & deſtinatio? niſi Diuina prædeſtinatio; vt in ſequentibus clarè oſtendam.

Si homines naturaliter in ſuo tacito, ſeu interpretato, vel expreſſo conceptu antequam generent, & ad vitam hanc filios procreent, ac producant; ad nobiliorem, & meliorem, quem poſſunt finem ordinant, ac deſtinant.

Quare non multo melius parens, & productor omniũ Deus; à quo *Sicut omnis paternitas in Cęlo, & in terra nominatur*, ſic, & omnis regulatus, & ordinatus amor erga nos proles ſuas emanat.

Præterea; ſi non prædeſtinaſſet, hoc eſſet, aut quia neſciſſet, aut noluiſſet, vel non potuiſſet, verum defectu alicuius iſtorum non deſtitit, quia ſicut vniuerſorum eſt moderator, & prouiſor; ſic & omnium debet habere ſcientiam, ac prouidentiam, vt de iure, & de facto habet; Sic & omnia poteſt. Ad quid enim

eius

Digitized by Google

eius ſapientia, & prouidentia? niſi ei correſponderet potentia, & poſſe, enimuerò otioſa eſſet, partim ſaltem, quod ſecundum Philoſophos naturæ naturatæ negatur: Nihil enim fruſtra, ſeu otioſè natura facit,

In 2. de cœlo, & mundo Tex. 10. men. 59.

Nec dici poteſt noluiſſe prædeſtinare, quia à bono patre erga filios, non niſi bona voluntas, & bonum velle ratione innati amoris eſt.

Prædeſtinauit ergo, & prædeſtinatio verè, & catholicè creditur, ac ſecus tenere hęreticum, aut potius Epicureum eſſet; cum eſſet tollere Diuinam Prouidentiam.

Quo ad Authoritates.

Authoritas, & teſtimoninm Diuinarum ſcripturarum, ac fidei catholicæ (quę vltra, & ſupranaturales rationes valent) Diuinam hanc prędeſtinationem firmiter atteſtantur: Licet in veteri teſtamento non ita clarè, expreſsèque fiat prędeſtinationis mentio, pro certo tamen tenendum eſt, non negari, quinimo implicitè, tacitè, virtualiter, & interpretatiuè in ipſo contineri, vt oſtendere poſſem, ſi daretur otium.

MYST.

Subſiſte parum Reuerende Præceptor, & ignoſcere digneris ſi cœptę tuę declarationi quęſtiunculam interpono.

MAGIST.

Subſiſto, quod vis dicas, quia paratus ſum, maiorem ſubire laborem, & maiora tibi in hac materia tradere; magis multo ergo paratus ſum ſubſiſtere, ac pace, & mea venia minora nunc dare.

MYST.

Quęſtio eſt, quare explicitè, ac clarè non fit (vt dixiſti) de ipſa Diuina Prędeſtinatione in ipſo veteri teſtamento mentio, & tractatio? Fortè quia tunc non erat, aut reuelata non erat, vel ſi erat, non egebant iſta formali clara cognitione?

MAGIST.

Reſpondeo, quod ſicut, & nunc eſt, erat: quia ęterna eſt, & quamuis

Digitized by Google

quamuis Angelicę, & Humanę creaturę, quibus conuenit prędeſtinatio; temporalem habuerint (per creationem) ortum haud tamen ipſarum prædeſtinatio: ſicut nec Angelorum, vel hominum ideę, & exemplaria æterna in ipſo Deo, de quibus Iohannes in ſui Euangelij principio ſic. *Quod factum eſt, in ipſo vita erat*. Facta eſt etiam tunc ſufficiens reuelatio, mentio, & tractatio virtualiter, implicitè, tacitè, & interpretatiuè (vt dixi) de ipſa; Sufficiens loquor pro illo tempore, in quo ventura, quæ erant omnia, & clarè cognoſcenda in nouo teſtamento; in veteri hominibus illis, in figuris, vmbris, & enigmatibus tradita erant, prout Diuus Paulus docet; nocti aſſimilans tempus, & ſtatus veteris teſtamenti propter vmbraticam, & tipicam intelligentiam, Tempus autem, & ſtatus noui diei ob claram omnium myſteriorum intelligentiam. Non incongruè, nec ineptè tempus illius teſtamenti veteris propè finem, & nouo propinquius aſſimilari poterit etiam Crepuſculo, ob minorem obſcuritatem, & aliquam permixtam lucem; noui aduentus teſtamenti, clariſſimæ Auroræ quę exiſtit prima diei pars.

1. Corint. 10.

Sacra Geneſis diem naturalẽ deſcripſit, incipiendo à nocte dicens, factum eſt veſpere, & mane dies vnus.

MYST.

Contentor hac declaratione, ad meam quæſtionem; Sed pro vberiori, & perfectiori mea intelligentia optarem, te adducere, ſeu aſſignare loca, in quibus fiat in teſtamento veteri talis implicita, virtualis, tacita, & interpretatiua prædeſtinationis intelligentia.

MAGIST.

Lubenter, & ſi non omnia loca, ſaltem aliqua oſtendam. In libro Geneſeos continetur, quomodo Dominus Deus ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam creauerit hominem, ſiue humanam naturam in vtroq; ſexu, illiſq; benedixerit. Quidnam innuebat, vel prætendebat benedictio illa Diuina? niſi ęternę prędeſtinationis expreſſionem, & confirmationem. Et quid illa præcepta multiplicatio, & repletio terræ? niſi multiplicationem, & impletionem numeri prędeſtinatorum? Ita Diuus Auguſtinus de Ciuitate Dei interpretatur, ſiue exponit.

Gen. 1.

Vnde ſi Adamus nõ peccaſſet, peccatores orti nõ fuiſſẽt

Nam quandò alicui benedicimus, ſi ex toto corde eſt

Digitized by Google

benedictio illa, oſtendimus eum eſſe à nobis dilectum; & ex illa dilectione optamus, precamurq́; illi bona omnia poſſibi-
Gen. 17. lia, ſibi conuenientia. *Vt Iſaac benedictio lata in Iacob, ſecundum quam conſtituit eum hæredem vniuerſorum bonorum ſuorum*, Sic, & ibi benedicendo, Deus oſtendere voluit gratuitam ſuam dilectionem, cuius ratione, ſicut ęternaliter ad gloriam, & gratiam prę deſtinauerat, ita recenter creati homines illam non ignorarent, atq; ſcire ab eadem dilectione procedere, Vt ſic ipſi haberent vnde gaudere, & exultare in Domino Deo ſalutari ſuo, ac per hoc grati eſſent.

Quid enim creari nobis profuit? niſi prius prędeſtinari, vel prędeſtinatio profuiſſet? melius profectò (non ſimpliciter) ſed nobis ſi creati non fuiſſemus; dico non ſimpliciter melius, ſed nobis, eo quia comparatum eſſe per creationem, ad non eſſe illius abſq; creatione; ſimpliciter, & abſolutè melius eſt eſſe, quàm non eſſe, quia eſſe oſtendit communicationem, & participationem eſſentiæ, & bonitatis Dei; cum omne tale per participationem deriuet, deſcendat, ac dependeat à tali per eſſentiam; quale eſt eſſe creatum ab eſſe, & eſſentia Dei increata, & independente, atque ex ſe tali.

Si, vt reuertamur ad homines primos, & parentes humanæ naturæ creati fuiſſent, neque prędeſtinati, & peccauiſſent, vt poſtea peccarunt, damnati fuiſſent, Si verò non peccaſſent, haud tamen ſalui fuiſſent; cum prędeſtinatio ſit deſtinatio, & præparatio ad ęternam ſalutem, vt in ſequentibus dicam: vlterius, ſi non fuiſſent ſaluati, damnati fuiſſent, ſaltem quo ad pœnam damni, quę eſt carentia, & priuatio glorioſæ viſionis, & fruitionis Diuinę eſſentię, maior in damnatis peccatoribus, omni pœna ſenſus; quamuis ſecus ſe habeat in paruulis mortuis, abſque Baptiſmi Sacramento; qui licet priuentur iſta glorioſa viſione, & fruitione; ſunt tamen abſque pœna ſenſus, ac ſine omni triſtitia, & tedio; Sic, & in primis hominibus innocentibus potuiſſet eſſe quando non fuiſſent prędeſtinati, conſequenter, & de omnibus ſuis deſcendentibus.

M Y S T.

Audiui ſcriptum eſſe in eodem libro, & capitulo Geneſis, quod

quod Deus ſimiliter piſces, & volucres à principio ſuæ creationis ex aqua, benedixerit. Si valet hęc tua expoſitio de benedictione, Igitur, & ipſi fuere prędeſtinati, ſed conſequens eſt falſum, cum ſint prędeſtinationis incapaces cum brutis omnibus alijs; ergo, & antecedẽs, videlicet, quod benedictio exhibita Patribus primis humanæ naturę capi queat, & intelligi pro prędeſtinatione, & de prędeſtinatione.

MAGIST.

Dico, ſecus debere accipi, & intelligi benedictio in animalibus illis irrationalibus incapacibus prędeſtinationis; quia hic benedictio capitur pro actu oſtenſo prouidentiæ Dei dirigentis, & ordinantis illa, & alia omnia bruta ad determinatũ, proportionatumq; eorum finem, qui ab hominis fine valdè diuerſus eſt, vt ſupra dixi, & ſic mea expoſitio ſtat in ſuo robore. Item in eodem libro habetur *Dominum Deum plantaſſe paradiſum*, Vbi textus noſter habet *Voluptatis*, Hębraicus textus habet *in Eden*, ideſt in voluptatibus, & delitijs *A principio*, ideſt in tertio die, quãdo pręcepit terrę germinare herbã virentem: & ligna fructifera, vel à principio motus Solis, & Orbium, qui fit ab Oriente in Occidentem, in quo poſuit hominem, vt operaretur. Allegoricè, & Anagogicè per Paradiſum illum voluptatis intelligimus Cœlum Empyreum, ſcilicet ęternam beatitudinem Dei, & beatorum in eo; & per illam poſitionem prędeſtinationem ad eam: Per operationem autem intelligimus eiuſdem prędeſtinationis effectus, ſcilicet opera bona, gratia, & merita, qui ſunt ad gloriam, tanquam ad vltimatum effectum, ſiue finem illius principaliter intentum ſubordinati. Cap. 2.

Voluit enim glorioſus Deus, vt prędeſtinatus homo concurreret, & cooperaretur ad finem ipſum beatum conſequendum, quamuis homines creauerit ſine illis, cum nihil eſſent in potentia ſubiectiua: non tamen (vt in pluribus) ſine illis cooperantibus beat. Vnde Paulus *Adiutores Dei ſumus*, loquendo de nobis adultis vtentibus ratione, & libero arbitrio, vt glorioſius coronaremur cum meritis; quàm minus glorioſè ſine illis, Vt fit in paruulis decedentibus cum Sacramento Baptiſmi, 1. Cor. 3.

abſque proprijs vllis meritis. Illorum certè beatitudo minor eſt beatitudine omnium adultorum, cum proprijs meritis.

M Y S T.

Si res ita ſe habet, vt poſitio illa ſupradicta ſignificet prędeſtinationem ad beatitudinem; Ergo eliminatio, & expulſio à Paradiſo poterit ſignificare perditionem, & expulſionem à dicto fine beato prędeſtinationis, per peccatum, Ergo prædeſtinatus erit in ſtatu damnationis, & poterit damnari, attamen audiui, quod prędeſtinatus nequit damnari.

M A G I S T.

Secundum carentiam pręſentis iuſtitię per peccatum nulli dubium eſt, etiam prędeſtinatos poſſe eſſe in ſtatu damnationis pro nunc, vt erat Diuus Paulus prędeſtinatus, quando Ieſum, & eius Eccleſiam perſequebatur, ſic intelligendo, quòd ſtatui in peccato mortali, per Diuinam iuſtitiam conuenit damnatio, & ſi prędeſtinati in peccato, in quo aliquando ſunt morerentur, damnarentur, & ita poſſunt damnari; accipiendo propoſitionem iſtam *Prædeſtinatus poteſt damnari*, in ſenſu diuiſo, quia autem completa prædeſtinatio reſpicit finalem iuſtitiam. Ideò ſecundum illam nequeunt damnari, immò in ea, & per eam ſaluabuntur; quoniam finaliter in ipſa iuſtitia, & gratia morientur. Præterea in eodem ſuprascripto libro ſcriptum reperimus, Deum Benedictum dixiſſe Abraamo: *Noli timere Abraam, Ego ero protector tuus, & merces tua magna nimis*. De quo magis timere debet vnuſquiſque, de quo magis, & ipſe Abraamus habebat vnde timere, quàm de periculo ſuę ſalutis? Et quale gaudium excludens omnem ſeruilem timorem poteſt homo in hac mortali vita habere, quàm ſecuritatis ſuę ęternę ſalutis? Quæ ſecuritas habetur non niſi per reuelatam prędeſtinationem alicui factam ſpeciali priuilegio, vt piè credere poſſumus de iſto excelſo multarum gentium patre. Cùm ibi ait Deus, vel Angelus in perſona eius, ſe protectorem fore Abraami; oſtendit prędeſtinationis effectum, videlicet præſentis iuſtitię, & gratię; & in mercede magna nimis, vltimatum ſcilicet ęternę glorię conſecutionem, quę gloria in clara viſione, & fruitione ſummi Dei formaliter conſiſtit.

Cap. 15.

In

Digitized by Google

In libro exodi ait Dominus Moyſi *Inueniſti gratiam coram me, & teipſum noui ex nomine.* Quam gratiam maiorem potuit inuenire Moyſes, cum eſſet talis, ac tantus Dei amicus, quàm gratiam, & donum prędeſtinationis? dicitur quod inuenerit, & non acquiſierit: Ex noſtris meritis quibuſcunque profectò non acquiritur prædeſtinatio, ſed ex Dei dono, & gratuita bona ſua voluntate ſolummodò eſt. Et per quale nomen potuit excellentius, & ſalubrius notus eſſe Deo, quàm prędeſtinati aſcripti in libro vitę, in quo, & aliorum prędeſtinatorum nomina ſcripta ſunt? Exo. 33. Luc. 16. Ad Philip. 4.

Fortè clarè hanc prędeſtinationem Diuinam de ſe factam intelligebat; vnde, & cupiebat prędeſtinationis finem, ſcilicet gloriam prælibare, cum ſubiungeret. *Oſtende mihi gloriam tuam*; quam pręlibationem pro tunc fortè non obtinuit, vt ex ſequentibus Dei verbis paulo inferius, patet, ſic dicentis. *Faciem meam videre non poteris*; ſcilicet nunc, & per faciem ibi; Diuinę eſſentię gloria facialis intelligitur. Quæ Diuina eſſentia eſt omne bonum increatum eſſentialiter, virtualiter, & eminenter continens omne bonum creatum, quod & ſe oſtenſurum eidem Moyſi promiſit dicens. *Ego oſtendam omne bonum tibi.* Vt autem magis clareſcat, quod de diuina prędeſtinatione loquebatur Moyſi in pręallegatis verbis, obſeruentur, obſecro verba infraſcripta inibi, videlicet, *Miſerebor, cui voluero*; & ecce libera eius prędeſtinatio, quę ſecundum Auguſtinum, eſt propoſitum miſerendi; & vltra ibi ſubditur, *Et clemens ero in quem mihi placuerit*; & vnde hoc? niſi ad maiorem, & clariorem gratioſę prędeſtinationis expreſſionem. Si quis autem optaret ſcire ad quem gradum Dei viſionis aſſumptus fuerit Moyſes, legat librum in vernacula noſtra lingua à me editum, atque luci datum, cuius eſt Titulus: *Trattato del virtuoſo eſſercitio del Chriſtiano, che tutto ſi riſolue nelle virtuoſe vite attiua, & contemplatiua, per accertar la ſua vocatione, & elettione.* Apo. 13.

In ſecundo Regum ait Dauid Rex; *Nec tanta eſt domus mea apud Deum, vt pactum æternum iniret mecum, firmum in omnibus, atque munitum.* Quod nam eſt pactum iſtud Dei æternũ 2. Reg. 23.

cum Dauide firmum in omnibus, atque munitum, non interuentu merito aliquo ipſius Dauidis pręuiſo? niſi Diuinæ, & æternę Prædeſtinationis donum, per quod erat ęternaliter electus, ac deſtinatus ad gloriam; & in tempore primo ad gratiã, finaliterque ad ipſam beatam gloriam fuit aſſumptus, vt idem
Pſalm.64. de ſe, & de quocunque alio beato ait Pſalmo 64 *Beatus, quem elegiſti, & aſſumpſiſti, habitabit in atrijs tuis.* In libro Sapien-
Sapien. 4. tiæ hæc ſententia eſt: *Placens Deo factus dilectus, & viuens inter peccatores translatus eſt. Raptus eſt, nè malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius.* Et paulo inferius ſic: *Conſumatus in breui, expleuit tempora multa, placita enim erat Deo anima illius; propter quod properauit educere illum de medio iniquitatum, omnia iſta de prædeſtinato, ac prædeſtinatione intelliguntur.* Quando in primis inquit: *Placens Deo factus dilectus*; ſic debemus intelligere. Quia æternaliter placuit Deo, & fuit in beneplacito bonæ voluntatis Dei, fuit homo prędeſtinatus, primo factus dilectus ab ipſo Deo: ante omnia diligendo ipſum, ac propter dilectionem illam ipſum elegit, & prędeſtinauit pręparando illi bona gratię, & glorię. Vbi nota, quòd Oppoſito modo ſe habent Dei dilectio, & noſtra, quia illa, diligit res, non quia primò ſunt in ſe bonę, ſed gratuita ſua dilectione omnia facit bona: & in hominibus, prius à ſe dilectis; elegit, ac prędeſtinauit, quos voluit. Vt in proceſſu huius materię clarius dicemus: In nobis autem prius ſunt res in ſe bonæ: deinde eligimus, quas diligere volumus. De prędeſtinatis ergo, ſequentia verba exponendo, ſcilicet, *Viuens inter peccatores translatus eſt; & raptus eſt nè malitia, & cætera:* Quia ſic prędeſtinauit aliquos exiſtentes, & viuentes poſtea inter peccatores: Ideò eo modo quo prędeſtinauit fecit, ac adimpleuit, cum eis effectum prędeſtinationis: nec vltra fuit conceſſum tempus, immò nec momentum aliquod, in quo de facto poſſent ſecundum liberum arbitrium eorum in peccatum mortale cadere, in eoq; mori, & ſuas animas peccato infectas perdere. Reddit rationem, quare non vltra conceſſit illis tempus, quo de facto poſſent peccare, cum dicit. *Placita erat Deo anima illius*, ſcilicet in ſtatu illo gratiæ Bap-

Digitized by Google

ptiſmalis, loquendo de paruulis. Vel in ſtatu iuſtitię, & gratiæ finalis adulti.

In ipſomet libro Sapientię parabolicè, & ſimilitudinariè ſic ſcribitur de prędeſtinatis, & pręſcitis ad damnationem.

Figulus mollem terram premens, laborioſè fingit ad vſus humanos vnumquodq; Vas, & de eodem luto fingit, quæ munda ſunt vaſa, ſimiliter, & his contraria. horum autem vaſorum, quis ſit vſus, iudex eſt Figulus. Bonę pater, errige hic aures. Quiſnam figulus, & plaſtes eſt iſte? niſi glorioſus, & benedictus Deus, qui plaſmauit corpus primi hominis de terra, & animam de nihilo creauit? Similiter de maſſa humanæ naturæ indies creat, & plaſmat cum cauſis ſecundis homines ſecundum eſſentiam, & eorum naturam ad vſque mundi finem ad vſus honoris, vel contumeliæ, vt oſtendat miſericordiam ſuam in his, qui ad honorem facti ſunt, & iuſtitiam in his, qui ad contumeliam, vt iuſtitiæ non pręiudicet: Prędeſtinati ergo boni munda vaſa, ad honorem ſunt: Reprobi autem mali immunda, & in contumeliam, & ij omnes ad vſus noſtros ſunt, veluti actiua omnia in vſum ſunt paſſiuorum, & è contra: niſi enim eſſent actiua, nec paſſiua eſſent, cum ſint correlatiua. Simili modo ſe habent boni prędeſtinati, & mali reprobi, niſi mali eſſent perſequentes bonos, ac exercentes eos, & eorum conſtantiam, profectò non eſſent boni in vſu, & actu patientiæ, & meriti. Si non fuiſſet malignus Cain perſecutor, & fratricida, non fuiſſet Abel in vſu, meritoq; patientię, vt de facto fuit. Itidem niſi fuiſſent Tiranni perſequẽtes in vſu, & in actu perſecutionum, non fuiſſent fideles Chriſti in vſu, meritoque patientię & martyrij. Sap. 15. Gen. 1. & 2.

Et horum omnium quis ſit vſus, ad miſericordiam oſtendendam in ſalutem, vel ad iuſtitiam in damnationem, Iudex iuſtus, ac verax, qui ſuis in iuditijs errare nequit, eſt ſolus Deus plaſmator, & creator. Temerarij, à veritate errantes, atque à rei fine, ergo, ſumus nos vani, *& mendaces filij hominum*, etiam videntes benè operati vnum, & alium perperam. Electum videmus Iudam ad Apoſtolicum gradum, cum alijs vndecim à Chriſto; Cum Chriſto, & alijs vixiſſe, & nil mali de eo legi- Pſal. 61.

tur, niſi in fine: Videmus è contra, Saulum perſequentem Ieſum, & eius Eccleſiam, & nil boni pro tunc de eo. Finaliter autem conuerſum, videmus eum Vas electionis prędeſtinatũ, & ſaluatum. Quis ſecundum humanum iudicium non iudicaſſet Iudam de numero ſaluandorum vſq; propè finem; Saulum autem de numero reproborum à principio, cum in fine poſtea ſecus euenit res. Si nolumus errare, abſtineamus ab his temeratijs iudicijs; Hic eſt electus, & prędeſtinatus, & iſte alius eſt reprobatus: nec quęramus, quare ſic, vel ſic (ſcilicet ad honorem) hunc, & non alium produxerit. Nunquid non eſt in poteſtate Dei plaſmatoris facere, & iuſtè, quod vult de omnibus? cum nemini teneatur? facere (dico adiuuando) prędeſtinatos fieri vaſa in honorem, ad contumeliam alios, ſolummodo permittendo; & non faciendo, nec concurrendo: ſed benè vtitur illis ad ipſorum contumeliam, poſtquam à ſemetipſis contumelioſi facti ſunt. Omnia verba iſta ferè formaliter adducit Diuus Paulus ad Roman. 9. vt ſuo dicemus loco dante Deo.

Magna, & inſcrutabilia ſunt iudicia eius. In ſecundo Machabeorum 7. ex ſeptem fratribus minor, ac vltimus natu, vltimus quoque ad martirium dixit. *Fratres mei modico nunc dolore ſuſtentato ſub teſtamento aeternæ vitæ effecti ſunt*; Ita eſt, ac
2. Mac. 7.

ſi dixiſſet, mei fratres tolerato modico dolore, quia tẽporaneo, ac quaſi momentaneo: quod nihil ferè eſt reſpectu ęternorum dolorum reproborum in inferno, nunc ad quod erãt, tanquam ad bonum meritorium prędeſtinati ad obtinendum prędeſtinationis finalem effectum, ſub teſtamento, ideſt ſub prędeſtinatione æternę vitę, ipſius vitę ęternę facti ſunt compotes, ac poſſeſſores, ſtabiliti in gratia, & certiſſima ſpe glorię in Limbo, ſeu Abraami ſinu, eo modo quo illo tempore erat illis conceſſum.

Rectè profectò æternę prædeſtinatio vocatur teſtamentum ęternę vitę, quia ſicut teſtamentum, mentem teſtatur teſtatoris, ſeu teſtantis, ac eſt vltimę mentis, & voluntatis eius teſtis; Et quando per teſtatoris mortem confirmatum eſt, nequit amplius retractari: Sic Diuina Prędeſtinatio teſtatur nobis, & fidem

Digitized by Google

fidem facit illibatam bonę mentis, & voluntatis benedicti Dei erga ſuos electos filios, quæ Dei bona mens, & voluntas, non eſt ſicut hominis ſe mutantis, & retractantis. *Sine pœnitentia enim*, ideſt ſine retractatione, *ſunt dona Dei, & vocatio*, inquit Diuus Paulus: *Irretractabilis etiam, quia per mortem vnigeniti filij Dei incarnandi præuiſam, ac præordinatam confirmata eſt*. Plura alia loca poſſem in veteri teſtamento, de iſta benedicta prædeſtinatione adducere, ſed hæc ſufficere queunt. Quid tibi bone ſenex videtur? Ad Ro. 11

MYST.

Satis ſufficienter oſtendiſti, vt promiſiſti, loca, in quibus implicitè, tacitè, & interpretatiuè de Diuina Prędeſtinatione fit mentio. Vt venias rogo ad nouum teſtamentum, oſtendendo loca ſimiliter de ipſa: ac quæ clarius, & magis explicitè de prædeſtinatione loquantur.

MAGIST.

Sic faciam, vt à debito promiſſionis factæ me ſoluam; nam omne promiſſum, licitumq;, & honeſtum, ipſo facto eſt debitum iure fidelitatis, cum vnuſquiſque de lege naturæ teneatur fidem ſeruare, & veracem ſe reddere proximo ſuo, vt ſibi vellet: Vnde Cicero in libris officiorum definit hanc fidem eſſe dictorum, & conuentionum conſtantiam, ac veritatem. Licet temporibus noſtris res ſecus ſe habeat, nam rara fides: Ideò quia multa loquuntur, iccircò Hieremias conqueritur dicens, *Perijt fides, & ablata eſt de ore eorum.* Hier. 7.

In primis hoc negotium loca Sancti Euangelij oſtendunt, **Scribitur *Erunt duo in agro, vnus aſſumetur, & alter relinquetur. Duo molentes in mola, vnus aſſumetur, & alter relinquetur. Duo in lecto vno, vnus aſſumetur, & alter relinquetur*: Quamuis ibi primo loquatur Dominus Ieſus de raptis ex improuiſo à morte, ſiue de excitatis ex improuiſo ad vniuerſale iudicium: Allegoricè, & Anagogicè tamen de prædeſtinatis loquitur, cum dicit *Aſſumetur*, ſcilicet prædeſtinatus ad gloriam, vt ſupra expoſui, & de reprobis intelligitur illud, *Relinquetur*, Reprobus finaliter, ſcilicet in ſua impietate ad luendum ęternas pœnas. Vlterius prædeſtinati myſticè deſignati ſunt per bonum** Mat. 24. Mat. 15.

tur, niſi in fine: Videmus è contra, Saulum perſequentem Ieſum, & eius Eccleſiam, & nil boni pro tunc de eo. Finaliter autem conuerſum, videmus eum Vas electionis prędeſtinatũ, & ſaluatum. Quis ſecundum humanum iudicium non iudicaſſet Iudam de numero ſaluandorum vſq; propè finem; Saulum autem de numero reproborum à principio, cum in fine poſtea ſecus euenit res. Si nolumus errare, abſtineamus ab his temerarijs iudicijs; Hic eſt electus, & prędeſtinatus, & iſte alius eſt reprobatus: nec quęramus, quare ſic, vel ſic (ſcilicet ad honorem) hunc, & non alium produxerit. Nunquid non eſt in poteſtate Dei plaſmatoris facere, & iuſtè, quod vult de omnibus? cum nemini teneatur? facere (dico adiuuando) prędeſtinatos fieri vaſa in honorem, ad contumeliam alios, ſolummodo permittendo; & non faciendo, nec concurrendo: ſed benè vtitur illis ad ipſorum contumeliam, poſtquam à ſemetipſis contumelioſi facti ſunt. Omnia verba iſta ferè formaliter adducit Diuus Paulus ad Roman. 9. vt ſuo dicemus loco dante Deo.

Magna, & inſcrutabilia ſunt iudicia eius. In ſecundo Machabeorum 7. ex ſeptem fratribus minor, ac vltimus natu, vltimus quoque ad martirium dixit. *Fratres mei modico nunc do-* 2.Mac.7.
lore ſuſtentato ſub teſtamento æternæ vitæ effecti ſunt; Ita eſt, ac ſi dixiſſet, mei fratres tolerato modico dolore, quia tẽporaneo, ac quaſi momentaneo: quod nihil ferè eſt reſpectu ęternorum dolorum reproborum in inferno, nunc ad quod erãt, tanquam ad bonum meritorium prędeſtinati ad obtinendum prędeſtinationis finalem effectum, ſub teſtamento, ideſt ſub prędeſtinatione æternę vitę, ipſius vitę ęternę facti ſunt compotes, ac poſſeſſores, ſtabiliti in gratia, & certiſſima ſpe glorię in Limbo, ſeu Abraami ſinu, eo modo quo illo tempore erat illis conceſſum.

Rectè profectò æternę prædeſtinatio vocatur teſtamentum ęternę vitę, quia ſicut teſtamentum, mentem teſtatur teſtatoris, ſeu teſtantis, ac eſt vltimę mentis, & voluntatis eius teſtis; Et quando per teſtatoris mortem confirmatum eſt, nequit amplius retractari: Sic Diuina Prędeſtinatio teſtatur nobis, &

fidem

fidem facit illibatam bonę mentis, & voluntatis benedicti Dei erga ſuos electos filios, quæ Dei bona mens, & voluntas, non eſt ſicut hominis ſe mutantis, & retractantis. *Sine pœnitentia enim*, ideſt ſine retractatione, *ſunt dona Dei, & vocatio*, inquit Diuus Paulus: *Irretractabilis etiam, quia per mortem vnigeniti filij Dei incarnandi præuiſam, ac præordinatam confirmata eſt*. Plura alia loca poſſem in veteri teſtamento, de iſta benedicta prædeſtinatione adducere, ſed hæc ſufficere queunt. Quid tibi bone ſenex videtur? Ad Ro. 11

MYST.

Satis ſufficienter oſtendiſti, vt promiſiſti, loca, in quibus implicitè, tacitè, & interpretatiuè de Diuina Prędeſtinatione fit mentio. Vt venias rogo ad nouum teſtamentum, oſtendendo loca ſimiliter de ipſa: ac quæ clarius, & magis explicitè de prædeſtinatione loquantur.

MAGIST.

Sic faciam, vt à debito promiſſionis factæ me ſoluam; nam omne promiſſum, licitumq;, & honeſtum, ipſo facto eſt debitum iure fidelitatis, cum vnuſquiſque de lege naturæ teneatur fidem ſeruare, & veracem ſe reddere proximo ſuo, vt ſibi vellet; Vnde Cicero in libris officiorum definit hanc fidem eſſe dictorum, & conuentionum conſtantiam, ac veritatem. Licet temporibus noſtris res ſecus ſe habeat, nam rara fides: Ideò quia multa loquuntur, icircò Hieremias conqueritur dicens, *Perijt fides, & ablata eſt de ore eorum.* Hier. 7.

In primis hoc negotium loca Sancti Euangelij oſtendunt, Scribitur *Erunt duo in agro, vnus aſſumetur, & alter relinquetur. Duo molentes in mola, vnus aſſumetur, & alter relinquetur. Duo in lecto vno, vnus aſſumetur, & alter relinquetur*: Quamuis ibi primo loquatur Dominus Ieſus de raptis ex improuiſo à morte, ſiue de excitatis ex improuiſo ad vniuerſale iudicium: Allegoricè, & Anagogicè tamen de prædeſtinatis loquitur, cum dicit *Aſſumetur*, ſcilicet prædeſtinatus ad gloriam, vt ſupra expoſui, & de reprobis intelligitur illud, *Relinquetur*, Reprobus finaliter, ſcilicet in ſua impietate ad luendum ęternas pœnas. Vlterius prædeſtinati myſticè deſignati ſunt per bonum Mat. 24. Mat. 13.

frumentum ſatum in agro Eccleſiæ: tempore meſſis vniuerſalis Iudicij metendum congregandumque, & reponendum in horreum Domini, Reprobi autem in zizanijs, tunc temporis ſimiliter metendis, ac congregandis, & in faſciculos ligandis ad combuſtionem æternę gehennæ.

Prædeſtinati adhuc in bonis piſciculis exiſtentibus in hac mortali vita in mari ſeculi huius cum reprobis acceptis, ac intellectis pro malis piſciculis; qui prędeſtinati legentur ab Angelis in fine totius humanę vitæ, vt reponantur in Vaſis Dei; Reprobi autem foras mittentur, videlicet in tenebras exteriores inferni inferioris.

Prædeſtinati præterea ſignificati in Virginibus Prudentibus accipientibus lampades ſuas, ſcilicet fidei; oleo plenas miſericordiæ, corporalium, & ſpiritualium ſuorum operum: igne amoris, & charitatis Dei, & proximi accenſas, & illuminatas, euntibus in morte (quoad animam, & ſecundum animam) obuiam Chriſto Sponſo. In iudicio autem vniuerſali cum anima, & corpore ſimul vnitis eidem obuiam euntes in aëra, & in thalamum æternæ beatitudinis introducentur: vbi nuptiæ numquam explentur, & ſic ſemper beati in anima, & in corpore glorioſi cum Domino erunt. Impij autem, iuxta Diui Pauli ſententiam, præſciti ad mortem æternam, deſignantur per Imprudentes, fatuaſq; Virgines, lampades tantum fidei habentes loquendo (ſicut hic loquimur de impijs Chriſtianis) abſque miſericordiæ oleo, & ſine igne amoris, & charitatis Dei, & proximi: quia infidelium non ſunt Chriſti virgines, & ſponſæ animæ: cum non ſint ablutæ, & deſponſatæ illi in ſacro Baptiſmatis lauacro, vt Chriſtiani: Fatuique iſti impij Chriſtiani tantum credentes, & ſperantes, ſe putant debere recipi, introduciq; cum Sponſo Chriſto ad æternas ſupradictas nuptias, quod quidem ſecus eueniet: nam oſtium ſalutis claudetur eis, nec optare, vel petere eis valebit, dicendo, *Domine, Domine aperi nobis*, quia audient, *Amen dico vobis, neſcio vos*, ſcilicet eſſe de meis prudentibus prædeſtinatis ob hoc foris. *Foris manete cum canibus, veneficis, impudicis, & infidelibus*, vt inquit. Apocalip. 22.

Mat. 25. 1. Theſſa. 4. Ad Theſſalo. 1. 4. Apoc. 22.

Putant

Putant fortè Reprobi iſti ſaluari aliorum meritis, abſq; vllis proprijs, quod nunquam fiet, niſi in paruulis baptizatis, qui ſolo meritò Chriſti eis applicato in baptiſmo ſaluantur, ac per hoc dicunt prudentibus Virginibus, ideſt bonis Chriſtianis, vt ſupra deſcriptis. *Date nobis de oleo veſtro, quia lampades noſtræ extinguuntur*: quibus prudentes, iſti prædeſtinati reſpondent, *Ite ad vendentes*, ſcilicet Diabolos, qui vobis promiſerunt, vt deciperent Paradiſi emptionem per aliorum merita, cum veſtra mortua fide, & ſpe, & ab eis emite, & hęc ſunt verba irriſoria irriſorieque dicta à ſanctis pręd eſtinatis ad reproborum confuſionem. Præterea Dominus Ieſus in ſua oratione poſt ſacroſanctam vltimam cœnam de pręd eſtinatis omnibus intellectis, & notatis in Apoſtolis, Sic æterno patri ſuo inquit, *Quos dediſti mihi cuſtodiui, & nemo ex eis peryt, niſi filius perditionis*, ſic intelligendo. Quos per æternam prædeſtinationem mihi tanquam capiti pręd eſtinatorum, ac omnium redemptori dediſti, Cuſtodiui efficaciter, adeò, quòd nemo ex eis perijt, vel damnatus eſt: Et de reprobis notatis in Iuda, & per Iudã, ait, niſi filius perditionis; Diſcrimen ergò inter vndecim Apoſtolos, & Iudam erat; Quia illi pręd eſtinati, & ſalutis, filij. Iudas autem ſicut omnes alij reprobi filius perditionis. Cuſtodiuit, ac cuſtodit pijſſimus Ieſus efficaciter pręd eſtinatos omnes, ad quam efficacem cuſtodiam concurrunt, & coadiuuant etiam ipſi ad propriam ipſorum ſalutem: loquendo de pręd eſtinatis adultis, Ideò ſalui fiunt, *Cuſtodit Dominus omnia oſſa eorum, & vnum ex his non conteretur*, ait pſaltes regius, Sufficienter etiam quantum eſt ex parte ſui cuſtodiuit Iudam, cuſtoditq; omnes: quia vult omnes homines ſaluos fieri, ſed quia multi ad propriam cuſtodiam non concurrunt, vel ſi concurrunt, non tamen efficaciter quomodo deberent: *Vult enim, & non vult piger*: Ideò oſtendunt ſe filios perditionis eſſe quomodo ſunt, & in ventrem matris ſuę perditionis ingrediuntur, vbi æternaliter conſeruantur in eſſe ab ipſa matre perditione, & pereunt ſine perditionis fine; Vt clarè patet exemplo Iudę. Quidnam bonus Ieſus (ad Iudę cuſtodiam) reliquit? Reprehendit charitatiuè, cum murmuraret de bono vnctionis

Ioan.18.

Pſal. 33.

Prou.13.

opere Magdalenę in ipſum Ieſum; Voluit etiam intereſſe vltimę Sacroſanctę Cœnę, lauit pedes eius, ſuum ſacratiſſimum Corpus, & Sanguinem, ſub ſpeciebus panis, & vini; ſicut & cęteris prębuit, Bucellam panis madefacti in paropſide illi ſoli exhibuit, vt ſolent veri amici aliquãdo agere, cum ſuis dilectis amicis; noluit detegere, & clarè propalare peccatum proditionis ſuę, niſi dilecto diſcipulo Ioanni, ſub ſigillo ſilentij; ſat ſufficienter, abundeq; fecit, vt rediret ad cor, & pęniteret, cum dixit vnum ex commenſalibus intingentem manum ſecum in catino fore ſuum proditorem; In horto accepit (vti ab amico) oſculum inimici mortalis, dulciter, & benignè reprehendit, dicens, *Amice ad quid veniſti? Iuda oſculo filium hominis tradis?* ſed malignus, ipſe in reprobum ſenſum datus, non ſolum ad tantam ſui cuſtodiam cum paſtore bono vigilantiſſimo noluit concurrere. Quinimò ingratam habuit ſicut ſimiles ſui; ideò à ſemetipſis, (vt ille) mancipia ſe tradunt (perſeuerando in peccatis) Lupo Diabolo, & pereunt; Vnde ad aliorum exemplum, & ſuam cõfuſionem, oſtendunt ſe perditionis filios eſſe.

Cap. 10. In ipſomet Euangeliſta habentur de reprobis, & de prędeſtinatis hęc verba, Iudęis prolata; *Vos non creditis, quia non eſtis ex ouibus meis, oues meæ vocem meam audiunt, & ego agnoſco eas, & ſequuntur me, & ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quiſquam de manu mea.*

Oues vocat electos, & prędeſtinatos ſuos ob ſimilitudinem bonarum conditionum, quas habent, atque gerunt cum ouibus irrationabilibus, quę autem ſint, ſuo loco dicam in proceſſu; in pręſentiarum iſtę ſufficiant, quas ſum immediatè dicturus complicatas in citatis Euangelij verbis. Prima quarum eſt, audire verbum Dei, Vocationemq; eius. Secunda ex auditu, & vocatione credere. Tertia quando Chriſtus eos cognoſcit, cognitione approbatiua, approbando fidem, mores, & opera bona eorum, tanquam beneplacita, grata, & in gratia; facta cumq; gratia, vitę ęternę meritoria. Simplici, & abſoluta cognitione verò cognoſcit bonos, & malos; prędeſtinatos, & reprobos, veras ſuas oues, & falſas indutas veſtimentis ouium, intrinſecus autem rapaces lupos exiſtentes; Nouit frumentum,

Nouit

Nouit zizania: Nouit piſces bonos, atque malos in rete humanæ vitæ: Nouit prudentes, & fatuas virgines, quò ad eſſe, ac quò ad malum, & bonum eſſe: *Quia oculi eius contemplantur bonos, & malos:* Secundum autem approbatiuam cognitionem non cognoſcit malos, & reprobos. Quinimò dixit ſic non cognoſcere illos, *Amen dico vobis neſcio vos*. Quarta conditio eſt ſequi ipſum paſtorem Chriſtum vita, & moribus, ac per conformitatem, quia. *Qui dicit ſe in Christo manere, eſſeque ouem Christi, debet, ſicut Chriſtus ambulauit, & ipſe ambulare*, inquit eius dilectus diſcipulus Ioannes. *Mendacium profectò eſt Chriſtianum ſe dicere, & opera Chriſti non facere*, ait Mellifluus Ambroſius. Quinta conditio, quæ ex parte Chriſti eſt, eſt executio finis prædeſtinationis, ſcilicet collatio gloriæ, cum dicit: *Et ego vitam æternam do eis*, & ſic conſequenter non peribunt in æternum, cum vita æterna opponatur contradictoriè perditioni æternę, nec poſſit cum ea in vnomet ſubiecto ſtare, quia tunc contradictoria verificarentur de omnino vno, & eodem ſubiecto, quod eſt impoſſibile, licet aliqui videantur ad tempus perire ſaltem quoad eorum corpora in pace ſepulta, ac ferè in præiacentem materiam redacta: quo verò ad animas, paucarum habemus ſalutis, vel perditionis certitudinem. Prou. 15. 1. Ioan. 2.

Cum autem fiet ſermo, qui ſcriptus eſt, de abſorbitione mortis in victoria, vt inquit Paulus: *Tunc clareſcet, ſaluas eſſe in vtroq; homine Chriſti oues*: Vnde finaliter non rapiet eas quiſquam in hoc ſeculo ad finale peccatum mortale, nec in alio ad damnationis pœnam, de manu, ideſt, de protectione, de authoritate, potentia, & poſſeſſu Chriſti: quia quod dedit Deus pater Chriſto eius filio, ſcilicet eſſentiam, potentiam, ac virtutem æqualem ſibi, maius, ideſt potentius, & valentius, ac fortius omnibus eſt rebus creatis. Vel ſic exponere poſſumus, *Quod dedit mihi pater*, ſcilicet electos, & prædeſtinatos tanti fecit, quod pluris fecit omnibus mundi rebus, ſic, & tàm mihi ſunt accepti, quod Diabolus, peccatum, mors, vel quodlibet aliud contrarium non rapiet de manu mea, intelligendo pro manu, ſicut exponit Reuerendus, doctiſſimusq́; Pater Titel- 1. Cor. 15. Ioan. 10.

Digitized by Google

manus, vt ſupra. Quod poſſit illud, quod dedit, accipi pro prædeſtinatis, declaratur per aliud verbum ſimile Chriſti alibi, ſic: *Omne quod dat mihi pater ad me veniet, &c.*

De reprobis autem, qui ſunt fœtentes hædi nõ Chriſti oues, totum oppoſitum euenit: *Non enim vocem eius audiunt*, Ideò non credunt, cum fides acquiſita ſit ex auditu, vt ſupra dictum eſt; vel ſi audiunt, & per mortuam fidem credunt, non tamen ſequuntur eum. Aut ſi per aliquod tempus ſequuntur, non perſeuerant ad vſque finem, vnde à Lupis Diabolis rapiuntur ad damnationem.

Ioan. 6.

Cauſa autem incredulitatis eorum, in Euangelio videtur aſcribi, quia non ſunt de numero ouium electorum, & prædeſtinatorum, & à patre datorum æternaliter, & cõmendatorum paſtori bono Chriſto: cum inquit, *Vos non creditis, quia non eſtis ex ouibus meis*, quæ verba ſic debent intelligi, quæ ſunt, Non credentes conſequitur non eſſe de ouibus, ſcilicet prædeſtinatis Chriſti, quia prædeſtinati credunt, & eſt hæc valida conſequentia, omnes non credentes ſunt non prædeſtinati, ſicuti, & omnes prędeſtinati credentes ſunt: de adultis loquẽdo.

MYST.

Mihi liceat patefacere dubium ex vltimis Euangelij verbis à tuis verbis ortum; quòd paruæ intelligentiæ meæ videtur maximi eſſe momenti.

MAGISTER.

Licere aſſentio, verificabitur fortè vulgatum verbum, nempè, quòd *Ferrum ferro acuitur*, da ergo verbum dubij, & ſuſcipe, quàm potero, clariorem ſolutionem.

MYST.

Quomodo poteſt Chriſti verbum, & dictum verum, ac rectum eſſe? *Vos non creditis, quia non eſtis ex ouibus meis*. Eſſe ouem Chriſti, eſt eſſe (iuxta tuam doctrinam) electum, & prędeſtinatum; Sed Diuina electio, & prędeſtinatio non eſt in noſtra poteſtate ſita: Ergo nec culpandi erunt non credentes; cum ideò non credant, quia non ſunt ex ouibus, ſcilicet electis, & prædeſtinatis Chriſti. In Apoſtolicis actibus etiã ſcribitur, *Crediderunt quot quot præordinati erant ad vitam æternam.*

Actuũ 13.

MAG.

MAGIST.

Ad dubium. Pro ſolutione reſpondeo ſecundum Doctorum expoſitiones, pręcipuè Cornelij Ianſenij in ſuis commentarijs de Euangeliſtarum concordia, vbi inquit, *Eſſe ouem Chriſti, & credere*, principaliter à Dei gratia prouenit, ac partim à nobis, ſeu à noſtro libero arbitrio; *Nemo* namq; *credit, niſi, quē pater ſua praueniente gratia trahit*: *Nemo etiam credit, niſi volens*, inquit Auguſtinus: Vnde, vt quis ex ouibus Chriſti, ſit, ſecundum pręſentem iuſtitiam, & credat, partim à gratia prędeſtinationis, & partim à ſpontanea credentis voluntate euenit; Itidem vt quis non credat, nec ex ouibus Chriſti ſit; partim in Deo ſitum eſt, qui gratiam fidei, aliquibus iuſto ſuo iudicio non confert, partim in hominum poteſtate ſtat, qui credere recuſant, & ab ouibus Chriſti ſe ſe ſua praua voluntate ſeparant; Itaq; cum dicit, *Non creditis mihi*, *quia non eſtis ex ouibus meis*, intelligi poteſt, reddere rationem incredulitatis eorum, vel ex parte ipſorum, quia videlicet nolunt eſſe ex ouibus eius, & credere, ac ſic ſuo vitio non ſunt Chriſti oues, nec credunt.

Aut ex parte Dei, quia videlicet non ſunt ex electorum numero; Atque ad id videtur magis Dominus Ieſus reſpexiſſe, vt ſignificetur, Ideò non eſſe datum eis credere, quia non ſunt ex electorum numero, ex quo ſi fuiſſent, datum vtique etiam eis fuiſſet. Credere, ſicut innuit authoritas ſupra à te adducta actuum Apoſtolorum: ad Pauli prędicationem, vbi *Quot quot praeordinati ad vitam æternam, crediderunt*; Non eſſe autem electum, non eſt cauſa incredulitatis propriè dicta, ſed cauſa defectiua, ac per accidens, eo modo, quo dicimus, quando duo concurrentes ad vnum eundem effectum, qui nequit poni in eſſe, niſi ab ambobus ſimul vnitis, deficiente vno, effectus deficit, & tunc deficiens cauſa eſt accidentalis, & per accidens carentię effectus: Hinc diſcimus, ſicut ab alijs ſcripturę locis, fidem donum Dei eſſe, & prędeſtinationis effectum, vt apertiſſimè Diuus Auguſtinus fatetur, cum ad claram huiuſmodi cognitionem peruenit, & ſe retractauit de erronea priori opinione.

Aliter

Aliter adhuc dicere poſſumus,& exponere. Licet dictio illa, quia ſit cauſalis coniunctio, & cauſam referat, quare hoc, vel non hoc ſit, nihilominus in Diuinis ſcripturis (vt inquit Diuus Ioannes Damaſcenus) aliquando nõ totalem cauſam indicat, & pręcipuam,ſed conſecutiuam, ſiue conſecutionem, atque euentũ alicuius effectus ex parte alterius cauſę. Quemadmodum hic in verbo Chriſti: *Quia non eſtis ex ouibus meis*: Vt ſit ſenſus: *Quia non eſtis*, & *cum non ſitis ex ouibus meis*, hinc ſequitur ex parte veſtra incredulitas, ſeu quòd non credatis: quę incredulitas oſtendit,incredulos non eſſe oues Chriſti,nec prędeſtinatos, verum reprobos, & demoniorum mancipia. Poſtquam de ouibus locuti ſumus intellectis, & acceptis à Chriſto pro ſuis electis,& prędeſtinatis: Vlterius procedamus,concludamuſq; in eiſdem,ac de ijſdemmet.

Mat. 25. Inquit adhuc benedictus Ieſus Chriſtus,quòd in die ſui vniuerſalis Iudicij *Statuet oues*, (ideſt electos,& prędeſtinatos) *à dextris*, ideſt in ſuis ęternis bonis, vbi nullum ſiniſtrum erit. *Hædos autem*,videlicet reprobos *à ſiniſtris*, ideſt in ęternis malis, vbi nullum erit bonum pro eis; niſi Diuina iuſtitia contra eos: ordinans per pœnam,quod inordinarunt ipſi per culpam, quando inquit (remunerare volens) *Venite benedicti*, quod idẽ eſt,ac ſi dixiſſet, Venite electi,& prędeſtinati Patris mei,& de vltimato prędeſtinationis fine (loquendo quo ad eos) inquit, *Percipite regnum paratum vobis ab origine mundi*; antea paratũ per ęternam electionem,& pręd eſtinationem ex ſola bonitate, & libera voluntate totius Sanctiſſimę Trinitatis, abſque vllis meritis quorumcunque pręuiſis. Paratum quoque ab origine mundi,partim ſaltem poſt caſum malorum Angelorum in vacuis,& vacantibus ſedibus,quaſi ſubinferendo: Nil aliud ſupereſt,niſi vt impleatis illas, cum alijs manſionibus multis, & ſic Regnum quoad ſubditos regnicolas, ac Regulos ſub ſummo,ſupremo,& vniuerſali Rege completum,ac perfectum erit.

De non pręd eſtinatis, & reprobis loquendo, quoad iuſtam vindictam, & pœnam ſubintulit: *Ite maledicti* (ideſt non mei electi,& pręd eſtinati; ſed reprobi,meiq; inimici propter peccata veſtra) *in ignem æternnm,qui paratus eſt* (ſcilicet ęternaliter

ſecun-

ſecundum præordinationem ſapientiæ, rectæque voluntatis Trinitatis ſanctiſs.) ad ibi exercendum per æterna ſæcula iuſtitiam ſuam. Paratus primo, & principaliter Diabolo reprobo, & Angelis ſuis complicibus; ſimiliterq; & reprobis, tanquam primis malorum inuentoribus, ac peccatoribus. Secundario autem, & hominibus per peccatum, & finalem impœnitentiam Diabolo adhærentibus.

Poſſem, & alia loca, pro hac materia ex ſacris Euangelijs adducere, ſed quia poſſunt iſta ſufficere; Tranſeo ad Catholicas Apoſtolorum Epiſtolas, Diui Pauli præſertim. Pater probe quid tibi videtur?

MYST.

Iuxta intelligentiam meam, & quantum mea fert imbecillitas, cerno interrogationem hanc tuam hæc continere; An ſcilicet ſatis benè ſufficienterq; aſſignaueris in ſacris Euangelijs loca ſubiecti huius, de quo eſt nobis ſermo; cui reſpondeo probè, ſufficienterq; adnotaſti, iuxta meum iudicium.

MAGIST.

Equidem, nec quid aliud prætendi.

MYST.

Miror quare non clarius, ac expreſſius in locis illis Dominus ipſe Ieſus tradiderit nobis doctrinam hanc de iſta æterna prædeſtinatione, cum ſit patris Sapientia, Lux, & Veritas noſtra, ſine qua in tenebris ignorantiæ verſantur omnia.

MAGIST.

Satis clarè, & ſufficienter, docuit neceſſaria ad ſalutem ſpectantia, & non tantum ſimpliciter, & abſolutè attinentia ad ſalutem: verum, & ad perfectionem in credendis, ſperandis, Ioan. 16.
& operandis, vt in præceptis, & conſilijs: Multa autem dixit ſe habere ad dicendum non ita neceſſaria, quorum pro tunc erant diſcipuli, & multò magis alij incapaces, ſed promiſit ſe miſſurum paraclitum Spiritum ſanctum, doctorem omnium veritatum attinentium ad meliorem, ac perfectiorem ſupradictorum obſeruantiam: Item ad regimen Sanctæ ſuæ Eccleſiæ, & morum reformationem, atque ad futurorum ſuorum fidelium conſolationem, & ob hoc rectè vocatur Paraclitus;

inter quas per Spiritum ſanctum reuelatas veritates eſt veritas prædeſtinationis diuinę, reuelatam dico clarius, ac expreſſius, non tantum quo ad eſſe, & exiſtentiam; Verum & ad eſſentiā eius, per quid nominis, & quid rei ipſius, vt in ſequenti ſecundo libro oſtenſurus ſum, Deo dante, & auxiliante.

MYST.

Ex tuę reſponſionis, & declarationis intelligentia admiratio ſupradicta à me receſſit; ſed valdè ſcire opto, vbi Spiritus iſte Sanctus à ſuo gratioſo, & mirabili deſcenſu ſuper Apoſtolos in die Pentecoſtes clarius, & manifeſtius de prędeſtinatione inſpirauerit loqui ſanctos Dei homines, procede obſecro ad meam, multorumque ſatisfactionem Almi Spiritus iſtius auxilio fultus.

MAGIST.

Procedo, & quia Apoſtolorum acta tempore, ac ordine antecedunt; ideò ab ipſis exordiar: Licet ſuperius tetigerim, & quaſi per accidens, ſiuè accidentaliter aliqualiter declarauerim. Locum 13. vbi de prędeſtinatione fit mentio: attamen quia rem maximi momēti, ac ponderis præ manibus habemus: non erit otioſum adhuc locum illum cribrare. Habetur ergo quomodo ad concionem Pauli *Crediderunt quot quot praeordinati erant ad vitam aeternam*. Quænam eſt iſta pręordinatio, & pręfinitio? niſi diuina prędeſtinatio? omnes ergo, qui ęternaliter prędeſtinati ad æternam vitam erant; fidem ſuſceperūt, vti prędeſtinationis effectum, & abſq; vllo dubio fides eſt effectus prędeſtinationis, *Sine qua impoſſibile eſt placere Deo*. Vnde ſequitur, quod reliqui audientes, & nō credentes fortè prędeſtinati non erant imò ad ęternā mortē erāt pręſciti. Hinc concionatores habent vnde non deſiſtere à laboribus concionum, cū ſciant prędeſtinatis ſaltem valere iuxta illud. *Verbum meum, quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum; Sed faciet quaecunque volui, & proſperabitur in his ad quae miſi illud*. Valebunt quoq; ad confuſionem, & iuſtam condemnationem incredulorum, perfidorum, & reproborum in magni Iudicij die; & vt nequeant conqueri de clementiſſimi Dei auxilio, ſeu ignorantię excuſationē prętendere, vt facient dicentes Chriſto

Ad Hebr. 11.

Iſai. 55.

Iudici

Iudici. *Quando te vidimus egentem, & non miniſtrauimus tibi neceſſaria?* Mat. 25.

Surgent etiam concionatores in Iudicio ad inſtar Reginę Auſtri, & Niniuitarum, cum generatione iſta incredulorum, perfidorum, & reproborum, & condemnabunt eam, ſcilicet comparationis exemplo.

Ad Diui Pauli Epiſtolas tranſeo, vbi non tantum fit de fidelibus prędeſtinatis mentio, ſed & de prędeſtinatorum capite Chriſto; nam in Epiſtola ad Roman. cap. 1. inquit. *Qui ſcilicet Chriſtus prædeſtinatus eſt filius Dei in virtute.* Vnde ſciendum, quòd cum prędeſtinatio ſit (vt ſuo loco dicemus) Præparatio gratiæ in præſenti ſeculo, & glorię in futuro, & ob hoc anteceſſionem importet reſpectu prędeſtinati, & Dei filius in Diuina natura ſit Patri coęternus, ac coęqualis; ſic non poteſt dici prędeſtinatus. Ad quid enim prędeſtinaretur, cum iam eſſet, qui iam erat ſine initio, & ſine termino cum patre ſempiternus? illud ergo prædeſtinandum erat, quòd nondum erat, vt ſic ſuo tempore fieret, quemadmodum ante tempora prędeſtinatum erat, vt fieret: Secundum humanam naturam igitur, & ſecundum quòd homo Chriſtum prædeſtinatum eſſe filium Dei, & prędeſtinatorum omnium, atq; Eccleſiæ caput credendum eſt. Rom. 1.

MYST.

Clarè comperio, fieri hic nominis prędeſtinationis mentionē quæ nondum hucuſque facta eſt. Et hucuſque oſtenſa ſufficere poſſent ad oſtenſionem prędeſtinationis, quo ad eſſe; Attamen ad maiorem probationem, pergratum habebo, ſi ſequaris, vt promiſiſti: ſed quia per Diuum Paulum oſtendiſti, & declaraſti Chriſtum ſecundum humanitatem prędeſtinatum eſſe filium Dei, ac prædeſtinatorū ſuper omnē Eccleſiam caput: maximè optarē ſcire, An ex peccati pręuiſione, vel propter peccati pręuiſionem prędeſtinatus ſit futurus (vt dixiſti) ac ſuſcepturus humanam naturam, vel ſimpliciter, & abſolutè; etiam non occurrente peccato aliquo, nec abſque ratione moueor, cum Diuus Paulus clarè dicat *Chriſtum Ieſum veniſſe in hunc mundum peccatores ſaluos facere*, igitur inferunt aliqui, occa- Eph. 1. Ad Thim. p. 1.

D 2   ſione

Digitized by Google

ſione peccati venit ad illud delendum, quo non exiſtente, nec veniſſet, vbi enim non eſt morbus, nec ibi opus eſt medicina incarnationis, ad propoſitum noſtrum.

MAGIST.

Licet tua hęc quęſtio inconueniat loco huic, vbi tantum de prædeſtinatione pertractamus, quo ad eius exiſtentiam, nihilominus, vt votis tuis ſatisfaciam plenius, breuiter dico, iuxta multorum Catholicorum ſententias, quod ſimpliciter, & abſolutè veniſſet, & aſſumpſiſſet humanam naturam ad hypoſtaticam vnionem, cum abſque, & ante peccati præuiſionem eſſet prędeſtinatus venire. primò propter neceſſitatem perfectè glorificationis corporum Beatorum in glorioſa viſione Corporis filij Dei incarnati: decebat enim maximè, vt ſicut homo beatus intus in Anima habet obiectum ſibi decens, & conueniens nempè Diuinam eſſentiam, ſic, & foris in corpore, glorioſam viſionem haberet reſpiciendo obiectum decens, ac conueniens viſioni corporeæ, quod eſt glorioſum corpus Verbi Dei incarnati; Vnde ſi humanam naturam (non exiſtente peccato) non aſſumpſiſſet, hac accidentali glorioſa viſione caruiſſet, & ſic minus glorioſus homo fuiſſet.

Mat. 13. Fortè hanc glorioſam viſionem voluit innuere ipſe filius Dei in carne, quando Diſcipulis ſpecialiter dixit: *Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis*, nec intelligi tantum poteſt de viſione per fidem Apoſtolorum in ipſum, quia multi Prophetæ, & Reges ſic viderunt Chriſtum, non ob hoc Beati, eo quia nequiuerant videre illum ſecundùm corporalem ſuam præſentiam, vt cupiebant. Vnde ſi aliquo, ac aliquali modo vocat eos beatos (cum adhuc eſſent mortales) in dicta corporali ſui viſione, quanto beatiores in viſione ipſius? quando erunt cum Chriſto glorioſo, & ipſi in gloria? qua ſi carerent Beati, vndequaque, & omninò non eſſent glorioſi.

Secundò, maximè congruebat, ac decebat Dei verbum humanam naturam aſſumere, ad hypoſtaticam vnionem, abſque peccati pręuiſione, vt modis omnibus oſtenderet ſuam omnipotentiam, ſapientiam, & bonitatem: iſta tria oſtenderat creando cœleſtes ſpiritus incorporales, irrationales creaturas corpora-

porales ſimpliciter. Rationales verò, ſcilicet homines, partim corporales, partimq; ſpirituales; Deerat quartus modus iſtius Sacroſanctæ, ac benedictę hypoſtaticę vnionis Dei, & hominis, vbi apparet eſſe ſpirituale, corporale, & diuinum, immò idem, qui eſt Deus, eſt etiam homo, ac idem qui eſt homo etiã Deus eſt, per ſupra admirabilem iſtam hypoſtaticam vnionẽ, abſque commixtione, vel diuiſione; in qua tria mirabilia omnium mirabilium operata ſunt. Deus, & homo ſimul vniti, vt diximus; Virginitas, & maternitas ſimul in Maria. Fides, & cor humanum in hominibus; atque in rebus per tempus ortis, *Hæc eſt ſumma gratia* (inquit Auguſtinus.) *Quod ſcilicet Deus fieret homo, & homo fieret Deus, & ſic in hoc maximè ſuper omnia opera ſua, ſuam oſtendit omnipotentiam, ſapientiam, & bonitatem.*

Subtiliſſimus Scotus ita probat hanc miſſionem filij Dei in carne ad homines, ac propter homines abſolutè, & ſimpliciter à tota Trinitate prædeſtinatam, abſque, & ante peccati præuiſionem: *Summum bonum* (inquit) *in natura non debet, nec poteſt eſſe occaſionatum, quia tunc non eſſet abſolutè, ac ſimpliciter bonum ſummum, cum eſſet ratione, ſeu occaſione alicuius alterius rei bonę:* Atqui vnio humanæ naturæ diuinitati, & diuinitas ſecundum diuini Verbi perſonam humanitati coniuncta, eſt ſummũ, & ſimpliciter bonũ ratione tantæ prouectionis, & exaltationis humanę naturę, & magis multo reſpectu, tàm magnę, & gratioſę Dei condeſcenſionis, non ergo occaſione, vel ex pręuiſione peccati iſta ſuper admirabilis vnio eſt ſimpliciter, & abſolutè facta, & ſic conſequenter ante peccati pręuiſionem eſt ęternaliter prędeſtinata, ac ſine peccato in mundo, ſuo tempore fuiſſet facta.

Tertiò ſi non fuiſſet incarnatus, cum non fuiſſet peccatum in mundo, non oſtendiſſet omnipotentiam, ſapientiam, & bonitatem ſuam in producendo homines omnibus modis, quibus poterat producere, ſicut congruebat, ac condecebat. Nam primum hominem produxerat abſq; homine maſculo, & ſine fœmina, primam fœminam produxerat, quoad corpus de coſta viri ſine fœmina. Omnes nos producimur ex concupiſcen-

tia,

cia, ac commiſtione maris, ac fœminæ; defuiſſet iſte quartus modus ex fœmina ſine viro, ſecundum quem conceptus eſt Dominus Ieſus Chriſtus. Quo autem ad obiectionem, vbi nō eſt morbus, nec opus eſt medicina, & ſic non veniſſet medicus Chriſtus ad redimendum, quando non fuiſſet peccatum. Reſpondetur quod non veniſſet, vt Redemptor ſubleuando à peccato ſumendo carnem paſſibilem, & mortalem; quia non exiſtente morbo peccati, nec opus erat redemptione ſubleuatiua, per paſſionem, & mortem.

Quandò autem dicit Apoſtolus Paulus *Veniſſe Chriſtum Ieſum in hunc mundum peccatores ſaluare*, intelligitur, veniſſe paſſibilem, mortalemq; præſuppoſito peccato, occaſione peccati, ac propter peccatum, & *vt decreti chirographum peccatoribus contrarium de medio tolleret affigendo illud cruci.* Hoc etiam innuere vult Diuus Magnus Gregorius in Cerei Paſchalis benedictione, cum dicit: *O certè neceſſarium Adæ peccatum*, vt ſcilicet veniret Chriſtus paſſibilis, & mortalis ad redimendū hominem à peccato per paſſionem, & mortem, & non vt abſolutè, & ſimpliciter in mundum veniret.

Colof. 2.

Verbum ſubſequens Diui Gregorij ibi, declarat hoc antecedens, *O certè neceſſarium*, & ſecundum iſtam meam expoſitionem dicendo. *Quod Chriſti morte deletum eſt*, ideſt vt pateretur, & moreretur Chriſtus: neceſſum erat Adæ peccatum, alioqui non fuiſſet paſſus, ac multo minus mortuus. Diuus Bernardus ſuper illud Ionæ, *Propter me tempeſtas hæc venit, mittite me in mare* (inquit) Diabolum ſciuiſſe, Dei verbum tempore determinato à Deo debere aſſumere humanam naturam; Vnde inuidia motus, & concitus excitauit, conſuluit, & exhortatus eſt primam mulierem, ac per eam primum hominem virum ſuum ad peccandum contra Dei præceptum, exiſtimans puriſſimum illud verbum, cum eam vidiſſet peccato infectam, illam non aſſumpturum, & ſic *Inuidia Diaboli, Mors introiuit in orbem terrarum.*

Ionæ 1.

Sap. 2.

Ad hanc noſtram opinionem facit Hieremiæ authoritas. *Reliqui domum meam. Dimiſi hæreditatem meam*, Reliquit Chriſtus Domum ſuam, occultando Diuinitatem in qua tanquam

Hier. 12.

Digitized by Google

quam in Sole, ac lucida domo poſuit tabernaculum ſuę humanitatis, iuxta Pſalmiſtę dictum. Dimiſit propter peccatum, hęreditatem ſuę Beatitudinis, ſecundum inferiorem animę portionem, quam habuiſſet, ſi peccatū non interceſſiſſet quia tunc exiſtente peccato fuit beatus ſolum ſecundum ſuperiorem portionem, & hoc diſpenſatoriè, vt poſſet pro peccatoribus pati, & mori. Dimiſit etiam hęreditatem glorię corporis, quàm plenè habuiſſet, quia veniſſet glorioſus, & vt caput ſuorum electorum, & glorificandorum hominum: quam gloriā aſſumpſit in Reſurrectione: Vnde Dauid Pſalm. 29. de paſſione, & morte propter peccatum. *Conſcidiſti ſaccum meum*; Et de gloria in Reſurrectione ſic, *Circundediſti me lætitia, vt cantet tibi gloria mea*. Ob hanc gloriam opportuit ipſum Chriſtum pati, & ita per paſſionem, & mortem in eam intrare. Bone pater ſenex, quæ iſtarum opinionum rationi tuę magis arridet?

Pſal. 18.

Pſal. 29.

M y s t.

Plus multo abſque vlla hęſitatione iſta de abſoluta incarnatione, abſq; aliquo reſpectu priori ad peccatum; Vnde ſi ad Dei amorem allicimur propter incarnationē iſtam paſſibilem; ac mortalem ob peccatum: magis debemus allici ex impaſſibili, & immortali ſecundum quam veniſſet in ſtatu innocentię propter neceſſitatem plenarię noſtrę glorificationis, vt declaraſti. Hinc non habet culpa gloriari, de ſimplici, & abſoluta Verbi incarnatione propter ſeipſam. Verùm contrarium videtur eſſe illud Diui Gregorij in benedictione Paſchalis Cerei. *O fœlix culpa; quæ talem, ac tantum meruit habere Redemptorem.*

Quia fuiſſet, & eſt principaliter facta ex mera ſua bonitate.

M a g i s t.

In primis reſpondeo ad illud verbum meruit. Quod non habuit culpa, nec peccator meritum, ſeu condecentiam, vel congruentiam aliquam ad ſimplicem, & abſolutam filij Dei incarnationem, ſed tantum congruentiam, ac condecentiam ad redemptionem à peccato per mortem, & ſic debet intelligi dictum illud, nec ibi vocat fœlicem culpam, cum illa incapax ſit fœlicitatis, ſed hominem culpæ ſubiectum: & accipitur ibi forma pro ſubiecto, nec fœlicitatem hanc habuit ex cul-

pa.

Digitized by Google

pa, & propter culpam; Sed propter talem, ac tantum Redemptorem.

M y s t.

Gaudeo, ex intellectu ſententię Diui Gregorij, & vlterius cupio, te, bone pręceptor, reuerti ad principalem prędeſtinationis ſcopum; Verum cũ iam Sol occidat ne cytharędi Regis trãſgrediamur prolatum. *Exibit homo ad opus ſuum, & ad operationem ſuam vſque ad veſperam*, & vt requiem animę, ac corpori concedamus, mei pręſertim ſeptuagenarij abundãter, atq; ſat prata biberunt: icircò, riuos claudas precor vſque mane. Tunc diluculo aſtabo tibi, & maxima auiditate accipiam, quę vltro de eſſe, & exiſtentia prędeſtinationis dicturus es.

Pſal. 103.

M a g i s t.

Libenter petitioni tuę acquieſco, ſed precor ne in crepuſculo me conuenias, magis auroram expectabis.

M y s t.

Factum puta ſit tibi, mihiq; lęta nox.

M a g i s t.

Faxit Deus.

M y s t.

Magiſter optime, crepuſculum iam receſſit. Aduenit Aurora; Bona dies de curia, ad rem noſtram.

M a g i s t.

Quia mihi optas bonam diem de curia, animum, ſtatumq; profeſſionis meę offendis, cum voluntariè ſtatum Socraticum, ac Cynicum elegerim, nec plurisfacio curiam, imò nec totius mundi curias, quàm Diogenes ille Cynicus faciebat illam magni Alexandri; veſtigia ſequor Philoſophorum; mendicantiumque Franciſcanorum, & vt in minimò cœleſtis curiæ angulo recipiar, poſui finem curijs, & mundi curis. Spes, & Fortuna valete.

M y s t.

Optimam elegiſti partem, & vitam, in qua exercetur contemplatio diuinarum rerum, ac fruitur partim cœleſtis Curiæ Beatitudine, quæ non auferetur à te, nec à talibus tibi ſimilibus in æternum. Vnde ter, quaterq; beatum te prædico: verè

Melior

Digitized by Google

Melior eſt dies vna in Atrijs, imò in minimis angulis cœleſtis Curiæ ſuper omnes mundi huius dies in delitioſis tabernaculis peccatorum. Parcere digneris ex meis verbis noxam hanc, & cor ſincerum meum acceptabis proſequendo. Psal. 83.

MAGIST.

Ignoſco, & cor ſincerum tuum acceptum fero, proſequorq;, ac iterum ad Diui Pauli ad Romanos Epiſtolam me transfero; in cuius octauo capite ſic de prędeſtinatione, & prędeſtinatis ſcribitur. *Diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum ijs, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt Sancti; Nam quos præſciuit, & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui: Quos autem prædeſtinauit, hos & vocauit, & quos vocauit, hos & iuſtificauit, quos autem iuſtificauit, illos & magnificauit.* Ad Ro. 8.

Verba ponderis multi ſunt iſta omnia; primò oſtendit Diuus Paulus bonum meritorium adhęrentium Chriſto, ſitum eſſe in voluntatis actu, qui eſt diligere, per quem bona alia omnia diriguntur in Deum, cum dicit. *Diligentibus Deum*; atque toto illi inhęrent corde, & charitatis affectu; collaborantque, & iuuant, ac aliquid ſui ſtudij conferunt, quatenus eos in ipſo bono, quod nunquam permutationem recipere poteſt, conſtituat. *Omnia cooperantur in bonum talibus, etiam peccata*; inquit gloſa ibi, quia ſi vt mortales, & fragiles homines cadunt; ferúentiores, & cautiores reſurgunt ad bonum. Fit illis in gloria etiam peccatorum memoria ad bonum eorum, ſicut cicatrices ad gloriam militis in bello acceptę, ſed finaliter vincentis, & poſtea triumphantis. Ijs autem, qui Deum diligunt ſecundùm pręſentem iuſtitiam tantum tepidè, ac frigidè peccata non ſic cedunt in bonum.

Qui autem ſint iſti, quibus omnia cooperantur in bonum; ſubſequenter declarat, cum dicit, ijs, qui ſecundùm propoſitum, ideſt ſecundum Dei prædeſtinationem, vocati ſunt Sancti: vt ſcilicet ſint Sancti, non quia propriè ex ſe eſſent Sancti. Et non ſolum ſecundùm Dei propoſitum primo, verum, & ſecundùm proprium propoſitum bonum ipſorum ſecundario, erga Deum, & proximum; Et vltra de iſtis loquendo inquit. Quos præſciuit, & prædeſtinauit, ideſt, ad ſua beneficia gra-

Digitized by Google

tię, & glorię præparauit; inter quæ beneficia eſt conformitas imaginis filij ſui, quæ nequit haberi à nobis, abſque beneficio, & auxilio ipſius Dei.

M Y S T.

Optimè Magiſter, ex Apoſtoli verbis, & tuis declarationibus animo ſubrepit meo dubium non modicę conſiderationis: Quòd eiuſmodi eſt: Si Deus, quos præſciuit, etiam prędeſtinauit: Omnes autem, & omnia pręſciuit, ideſt omnia futura ęternaliter ſciuit, quia *Sapientiæ illius non eſt numerus*; Ergo omnes prędeſtinauit, vnde omnes ſalui fient:

Pſal. 146.

M A G I S T.

Concedo omnia futura æternaliter, eum pręſciuiſſe bona, & mala, prædeſtinatos, & reprobos communi, & ſimplici ſcientia, ac intelligentia; atque ideò omnia ventura præuiſa, cum infallibiliter ſciuit, pręſciuit, & pręuidit, euenient. Alio modò capitur præſcientia, & præcognitio ſpecialiter, pro cognitione, & approbatione alicuius boni, ſeu aliquorum bonorum fiendorum, quę approbatio facta per voluntatem Diuinam, & eius intellectum dicit, ac refert voluntatis ipſius actum, quo formaliter approbat, laudat, & commendat talia bona tanquam ſibi beneplacita, & grata, eo modo, quò dicitur, & ſcriptum eſt. *Nouit Dominus, qui ſunt eius*: iſto modo nouit tantum bona, & bonos, & ita ſolum, quos ſic cognouit, vt ſui eſſent, illos, & prędeſtinauit ad bona gratiæ, & gloriæ: Cum autem non ita cognouerit impios venturos, ideò nec prædeſtinauit, quia tunc approbaſſet, & commendaſſet malum culpę, quod caret ratione approbationis, & laudis; & ordinauiſſet, ac definitè deſtinaſſet reprobos, & damnatos ad ſalutem, & ſalui fierent; In ſuperioribus declarationibus etiam, hęc mihi videor tetigiſſe; & rectè feciſti probè ſenex hoc aperiendo dubium, vt fuſius declararem maximi momenti rem, teq; rogo, ne poſthac vllum tuum dubium me lateat.

2. Ti. 2.

M Y S T.

Ita ſanè faciam, nec ſecus erit, perge.

M A G I S T.

Quoad literam Diui Pauli, vt ſuperius adduximus de præ- deſti-

Digitized by Google

deſtinatis loquendo, quos (vt expoſui) pręſciuit approbando ſic, & prędeſtinauit. Quatuor iſta ſunt in litera conſideranda, videlicet, Prędeſtinatio, Vocatio, Iuſtificatio, & Magnificatio: In Deo eſt prędeſtinatio in occulto, apud illius pręſcientiã, quę non eſt in nobis; Alia tria in nobis ſunt, per quę vocamur, iuſtificamur, atque magnificamur, ſiue glorificamur; ſubinfert Apoſtolus, Firmitatem, & infallibilitatem diuinę prędeſtinationis, cum ait: *Si Deus pro nobis*, ſcilicet prędeſtinando non exiſtentes adhuc in rerum natura: Vocando aduerſos, iuſtificando peccatores, glorificando in Magnificatione mortales. Rom. 8.
Quis contra nos? ſcilicet pręualere poterit? Si proprium filium ſuum, pro nobis ad mortem atrociſſimam, atq; ignominioſiſſimam Crucis tradidit, quod maius eſt, quomodo non etiam cum illo, quod eſt minus, dabit? ſufficientia videlicet auxilia ad reſiſtendum aduerſarijs noſtris, & ad vltimatum prędeſtinationis finem acquirendum. *Fidelis ille eſt, qui non patitur, nos tentari ſupra id, quod poſſumus; ſed & cum tentatione facit prouentum, vt poſſimus ſuſtinere:* Dixit, & æquè benè attendit: *Clamabit ad me, & ego exaudiam eum, cum ipſo ſum in tribulatione: eripiam eum, & glorificabo eum.* 1. Cor. 10. Pſal. 9.

MYST.

Eſt mihi adhuc ſubortũ dubium aliud, ſcilicet; Si quos vocauit, illos, & iuſtificauit, atque, vt audiui omnes omnium gentium homines, quo quo modo ad ſalutem vocat; nam in Parabolis Salomonis legitur; *Sapientia foris prædicat, in platęis dat vocem ſuam, in capite turbarum clamat, in foribus portarum vrbis profert verba ſua dicens; Conuertimini ad correptionem meam, en proferam vobis ſpiritum meum, & oſtendam vobis verba mea;* Si verba omnia iſta, à ſapientia Dei prolata ponderentur, quæ, vt clarè videtur, extra Deitatem ad rationales creaturas omnes tendunt; ignoro, qua ratione negabit quis, aliquem aliquo modo non vocatum ad ſalutem, & ſi ita; Ergò omnes vocat, iuſtificat, finaliterq; glorificat, ac ſaluat. Prou. 1.

MAGIST.

Quòd generaliter ad ſalutem vocet omnes, ab omnibus catholicis aſtruitur, quia non eſt Deus perditionis, ſed ſalutis.

Digitized by Google

Sap. 1. *Mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum, nec vult peccatoris mortem: magis verò, vt conuertatur, & viuat.* Nihil horum, quæ fecit, odit. Non propter hoc omnes iuſtificantur,
Eze. 18. nec conſequẽter ſaluantur; quia vocationibus ſuis nolunt correſpondere Fide, & bonis operibus; & vt clarius intelligatur vocatio obſeruanda eſt vna triplex Vocatio: Generalis, Communis, & Perſonalis. Secundum generalem vocationem, omnes omnium gentium vocat ad fidem, & ſalutem omni tẽpore,
Sap. 6. quia *Puſillum, & magnum ipſe fecit, & ipſi cura eſt de omnibus*: & primo per creaturas, nam omnes clamant *Ipſe Deus fecit nos, & non ipſi nos*, cum nihil ſe ipſum gignat, vel faciat. *Cœli enarrant gloriam eius, & opera manuum eius annuntiant ipſius Dei firmamentum, & ſtabilimentum*, cum ipſa ſemper ſint ferè in continua mutatione ſaltem accidentali, ipſe autem ſemper idem eſt, *Stabilis manens, & dans cuncta moueri*, quia in mouentibus, & motis nõ poteſt dari proceſſus in infinitum: Ergo ad vnum immobile mouens deueniendum eſt. Omnes creaturæ ſcala vna ſunt ad inuiſibilia Dei, & ad ſempiternam eius quoquo modo Deitatem naturaliter cognoſcendam (veſtigij, imaginis, & ſimilitudinis ratione) nos eleuans, & ducẽs: Nec bonus Deus vnquam defuit de Cœlis ſplendeſcere, & ita
Rom. 1. concurrere, vt Diuus Apoſtolus Paulus manifeſtè ad Romanos his verbis teſtatur: *Deus enim illis manifeſtauit, vt ſint inexcuſabiles*, ſcilicet, ſi non crederent, nec glorificarent Deum quomodo deberent.

Vltra naturalem ſcalam iſtam creaturarum fuere etiam ſemper fideles deſuper illuminati, qui vt accenſæ candelæ, quantum erat ex parte ipſorum illuminabant alios, à vitijs reuocabant, & ad bonum virtutis promouebant; Vt in lege naturæ, & prima mundi ætate fuere, Primò Adamus omnium gentiũ Pater, deinde Abel, Set, Enos, Enoc, Noe, & alij. In ſecunda Melchiſedech, qui fuit, (vt multi volunt) Sem, Noe filius, Sacerdos Dei altiſſimi; Abraham, & cęteri Patriarchæ: In lege ſcripta ſeries omnium Prophetarum cum Hæbreo populo fideli, dimiſſis principalibus, ſcilicet Moyſe, & Arone: In lege gratię Chriſtus, qui eſt æterni Dei Patris Sapientia,

Via,

Digitized by Google

Via, Veritas, & Vita, quæ exijt à Patre, & in mundum venit clamare, & ad ſalutem vocare omnes: nam legitur quod *Stans clamabat: Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat.* Et eſt indefinita propoſitio iſta, quæ vniuerſali æquiualet in iſtis locis. In vniuerſum orbem miſit Apoſtolos prędicare Euangelium, & Baptizare: *Et in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum: Nec fuerunt loquelæ, neq; ſermones, quorum non audirentur voces eorum*, cum Apoſtoli omnium generum loquerentur linguis. De iſta generali ergo vocatione loquitur Salomon, quando dicit. *Sapientiam foris exire, & vocare*: Sed quare non omnes, hoc modo vocati iuſtificantur, nec ſalui fiunt dixi, & repeto cauſam eſſe, quia aliqui nolunt recipere Euangelium, & credere; Nolunt alij voces huius vocationis audire obtemperando; quæ voces partim internæ, & partim externæ ſunt, & ita quadrupliciter, ſicut idem Salomon ſubinfert verbis ſupradictis ſic. *Vocaui* ſcilicet *per meos Prophetas*, per memetipſum, per meos prędicatores, & animarũ paſtores, & noluiſtis, videlicet, audire, obtemperando. Ecce prima exterior vox contempta. *Extendi manum meam*, ſcilicet liberaliter largiendo bona temporalia, & dona gratuita; *Et non fuit, qui aſpiceret*, per recognitionem, gratitudinem, & conuerſionem ad me: Ecce ſecunda vox exterior, ſimiliter contempta. *Deſpexiſtis omne conſilium meum*, ideſt internas inſpirationes: Ecce tertia, quæ interior eſt, etiam cum contemptu; *Atque increpationes meas neglexiſtis*: Ecce quarta, exteriorque cum ſuo itidem contẽptu. Negligunt, ac ſpernunt aliqui percuſſiones, & Dei tribulationes, immiſſas ad ipſorum conuerſionem, & ſalutem, ad inſtar percuſſi Aſelli ferè inſenſibiles: Vnde ad propoſitum, ſic Hieremias loquitur. *Percuſſiſti eos, & non doluerunt, attriuiſti eos, & renuerunt accipere diſciplinam, indurauerunt facies ſuas ſupra petram, & noluerunt reuerti.*

Ioan.16.
Ioan.7.
Pſal.18.
Hier.5.

Salomon in eodem loco ſuperius dicto ſubſequenter immediatè minatur ex parte Dei ſapientię, ſiue ipſa Dei ſapientia per ipſum Salomonem interitum, & finalem iſtorum impœnitentiam, & nõ iuſtificationem cum ſalute, propter eorum cauſam, vt clarè patet.

Voca-

Digitized by Google

Vocatio communis eſt omnium Chriſtianorum ſecundum
Mat. 22. quam, vt Euangelium ait; *Multi*, ideſt, omnes Chriſti fideles *vocati ſunt, pauci vero electi*. De hac intelligitur illa Parabola *De Cœna magna facta à quodam*, ſcilicet Chriſto, *Ad quam*
Luc. 14. *vocauit multos*, ſcilicet omnes Chriſtianos, *Et hora cœnę per ſeruos ſuos vocat conuitatos*, nec poſtea tamen omnes iuſtificantur, immò aliqui condemnantur, quia intenti ad villas, & terrena; Alij ad delitias carnis; & alij ad ſolicitudines vitæ huius, negligunt cœnę eius vocationem: Quibus iurat, quod ſuã cœnam non guſtabunt amplius: Et quanam ratione? niſi quia vocationi noluerunt parere, & accedere. Vnde iſti ſunt de reproborum numero: Alios vocat, & quaſi vi compellit ingredi, vt ibi in Euangelio dicitur, non quod liberum arbitrium cogat, ſed dicitur compellere in hoc, quod fortiori, & clariori modo vocationis vocat, vti vocauit Saulum perſecutorem, & qui obediunt vocationi, ſicut ipſe & iuſtificantur, & ſunt ex prędeſtinatis; Non quod vocatio illa acquirat eis æternam prædeſtinationem, ſed quia ęternaliter fuere prędeſtinati; vocantur poſtea in tempore ad ſalutem; concurrunt deinde & ipſi ad conſecutionem finis prædeſtinationis, qui eſt ipſa eorum ſalus.

De perſonali vocatione loquendo, quę eſt tertia; Secundum hanc vocat ſolummodo aliquos ad digniora munia, officia, & gradus, in hac militanti Eccleſia Chriſti, vt vocauit Ioannem Zacharię filium in Baptizantẽ, & in Pręcurſorem ſuũ, Sanctiſs. Virginem Mariam in matrem ſuam; Petrum, & Andręam, Ioannem, & Iacobum fratres ad Apoſtolicum gradum, & alios cum eis: In teſtes fidei ſuę, Sanctos Martires. Alios ad vitæ perfectionem, vt Religionum capita, & Inſtitutores, & ſuos clauſtrales, qui ſunt in ſtatu perfectionis acquirendæ. Hęremitas ſimiliter; & de his vocatis poteſt intelligi, ſiue his aptari
1. Cor. 7. poteſt illud Diui Pauli: *Vnuſquiſque in ea, qua vocatus eſt vocatione permaneat*. Velles clariorem tui dubij ſolutionem?

M Y S T.

Etiam ſi vellem, ignoro, quomodo clarior dari poſſet: Reuertere ad alia Diui Pauli loca.

M A G.

Digitized by Google

MAGIST.

Reuertor ad eandem Romanorum Epiſtolam vbi in capite 9. citat Malachię dicta ad Iſraeliticum populum, memorando beneficium ſpeciale illud à Deo gratis ipſi populo exhibitum, ac exprobrando illius ingratitudinem: nam adoptauerat eum ſibi ex cunctis gentibus in dilectum, & charum, veluti Mater dilectum filium: verum è contra, Iſraelitę ipſi ingratitudinem pro gratia, & odium pro dilectione retribuebant, iuxta illud Dauidis: *Retribuebant mihi mala pro bonis, & odium pro dilectione mea.* Malachiæ dicta, quæ ſic ſe habent ad propoſitum noſtrum hìc faciunt: *Dilexi vos* (dicit Dominus) *& dixiſtis, in quo dilexiſti nos?* & reſpondit ex parte Dei: *Nonne fratres erant Eſau, & Iacob? Dilexi Iacob, Eſau autem odio habui,* ſubintelligendo gratis, & abſque vllo ſuo merito dilexi illum, eligendo mihi in populum peculiarem meum illius ſemen, & non ſemen Eſau; & hoc eſt, quod dicit ibi Diuus Paulus: *Antequam nati eſſent, & cum nondum aliquid boni, vel mali egiſſent dictum eſt* (ſcilicet, Rebæccę matri. *Maior* (ideſt) Eſau, qui natu prior erat) *ſeruiet minori*, hoc eſt Iacob: quod adimpletum fuit, & in ſe, & in ſemine eius Dauid tempore, deſcendentis de Iacob, quando fecit Idumęam, vel populum Idumeorũ deſcendentem ab Eſau, qui & Edom vocabatur, illi ſubiectum, & tributarium, vt in ſecundo Regum cap. 8. habetur. In Iacob ergo nihil inuenit amandum, niſi miſericordiæ ſuæ donum. In Eſau autem, nihil odit, niſi originale peccatum pro tunc; Quia igitur ſine merito illum elegit, alterum autem non elegit, dicetur fortaſſe iniquus Deus? abſit, quia Iacob per meram ſuam miſericordiam, & gratiam elegit; Eſau autem non elegit; ſed per iuſtitiam propter peccata ſua reprobauit, & quamuis huiuſmodi electio Iacob, & reprobatio Eſau intelligantur ad literam de electione populi Iſraelitæ, de quo populo ortus eſt ſecundum carnem Chriſtus, Mundi Redemptor; Et de reprobatione, ideſt non electione populi Idumęi in peculiarem Dei populum, de quo oriretur Chriſtus. Quia tamen huiuſmodi electio, & talis reprobatio figura ſunt Diuinę electionis ad beatam gloriam, atque reprobationis ad damnationem; Ideò

Pſal. 34. & co. 8. Mala. 1.

Diuinę prędeſtinationi,& reprobationi conuenienter applicari queũt talia verba, vt videtur applicare Diuus Paulus cũ alijs exemplis ſequentibus in eodem nono capite,quorum primum poſt negotium iſtorum fratrum eſt illud de miſericordia præſtanda illi, cuius miſertus eſt Deus; *Et non eſt volentis, neque currentis,ſed Dei miſerentis*. Item vltimo de Figulo,& Vaſis.

In Iacob ergo figurati ſunt prędeſtinati, æternaliter à Deo dilecti, & electi ad æternam gloriam, abſque vllis pręuiſis ipſorum meritis.

In Eſau autem, qui ad eandem gloriam non ſunt electi, & vltra propter pręuiſa peccata, & finalem ipſorum impœnitentiam reprobati, ac odio à bono Deo proſecuti. Vt autem clarè appareat, electorum prædeſtinationem pendere, ac procedere à ſola Dei bonitate,& dilectione; nullum meritum pręceſſit in Iacob, vt ſciamus autem Deum iuſtè proſequi impios odio, debemus intelligere,propter finale peccatum illos odiſſe, ideſt iuſtè ad ęternas pœnas deputare: Nam Deum odiſſe peccatores,eſt velle eorum peccata punire,& de peccatis,& pro peccatis vindictam ſumere; ſicut diligere, eſt velle ſua bona conferre dilectis ſuis,ſicut ſcriptum eſt: *Cum dederit dilectis ſuis ſomnum*, ſcilicet mortis, *Ecce hæreditas domini*, quę eſt merces, & fructus filij ventris,ideſt ſanctę Prędeſtinationis. Pſal.126.

MYST.

O bone Deus, quid dicis Reuerende Pręceptor, his verbis? quòd Deus odio proſequitur peccatores,& reprobos? Hoc eſſe videtur contra illud, quod de illo ait Diuina ſapientia ſic. Sap.11. *Diligis Domine omnia,quæ ſunt,& nihil odiſti horum,quæ feciſti, nec odiens aliquid conſtituiſti,aut feciſti*.

MAGIST.

Probe ſenex obſeruare debes,quòd ibi litera textus ſeipſam declarat,cum dicit,quod nihil odit eorum,quę fecit,ideſt creaturas à ſe productas, quoad naturam, & eſſentiam, & ſic nec peccatores, nec Diabolum quo ad naturam, & eſſentiam à ſe creatam odit; peccatum autem, quod non eſt creatura quoad formale,nec à ſe factum,cum ſit nihil, nam factio propriè eſt alicuius entis, & rei, illud odit, & cum illo etiam peccatores

homines,

Digitized by Google

homines, inquantum tales; qui ſe tales per voluntarium peccatum reddiderunt, ſicut ſcriptum eſt Sapientię 14. *Odio eſt Deo impius, & impietas eius*, intelligendo odiſſe, & odium, vt ſupra expoſui. Sap. 14.

Et quādo inquit Sapientia ibi Deū, nihil feciſſe, aut conſtituiſſe odiendo, ſic debemus intelligere, non iniuſtè, vel ad malum, ſiue propter malum finem nihil fecit, vel ordinauit; Vnde benè, iuſtè, rectè q; ordinauit peccatores ad luendum pœnas, nè præiudicaret iuſtitiæ ſuæ, ac vt illa oſtenderetur, & appareret: ſicut enim miſericors eſt, miſericordiamque exercet ſuper iuſtos, & pios: itidem iuſtus, iuſtitiam ſuam exercere debet in impios, & iniuſtos. *Miſericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine*, inquit Dauid; non claudicat, ſed rectè incedit Deus pedibus miſericordię, & iuſtitiæ. Pſal. 100.

MYST.

Aures meę indulciter audiunt, atque intellectus meus ægre fert, non capiens, quomodo queat in illa dulciſſima, & tranquilliſſima Diuina eſſentia eſſe odium, cum odium ſit, *Veterata ira de vltione cogitans, conturbans, atque exagitans animum odientis*.

MAGIST.

Dupliciter odium poteſt conſiderari, ſiue ſecundum reſpectum duplicem: primò inquantum eſt paſſio quædam in nobis, conturbans, & exagitans, ac quaſi impellens animum noſtrū ad vindictam in malum proximi, pro nobis illata iniuria, & offenſa; & ſic huiuſmodi paſſio non eſt in illa dulciſſima, tranquilliſſima, & ſemper pacatiſſima Diuina eſſentia, quæ *Cum tranquillitate iudicat*, vt in libro Sapientię dicitur. Secundò odium capitur pro deteſtatione peccati, ſeu pro voluntate deteſtante, & nollente illud, ſicut ſcriptum eſt, *Deus non volens iniquitatem tu es*. Et velle illud eſt pro iuſtitia punire; & ſic eiuſmodi odium in Deo eſt, vt etiam ſuperius tactum eſt. Sed redeamus, vnde digreſſi ſumus. Quantum ad Dei verba Moyſi prolata, & à Diuo Paulo memorata in 9. ſupradicto capite: *Miſerebor cuius miſertus ſum*; dico, quòd miſeretur Deus præſtando in tempore efficacia auxilia gratię, & aliorum mediorū Sap. 12. Pſal. 5. Exodi. 33.

ad gloriam illi, cuius miſertus eſt ęternaliter prędeſtinando, ſeu in ęterna prędeſtinatione, & miſericordiā prę̨ſtabit dando illi finaliter gloriam, cuius miſerebitur, & concedendo nunc finalem gratiam.

Rom. 9. Quo verò ad illud; *Non eſt volentis, neq; currentis, ſed Dei miſerentis*: Videtur eſſe ab homine illata conſequentia, talis ex prolatis Moyſi verbis ſupra, quaſi dicat: Si ita eſt, vt verba illa ſonāt, *Non eſt volentis, neq; currētis ſalus, ſed Dei qui miſeretur*; igit' nō eſt in facultate, ac poſſe hominis, vt ſaluetur, aut pereat.

Obſeru. Cui ſic ſatisfit dicendo, non eſſe primò, & principaliter in poſſe, & vi hominis ſalutem acquirere, ſed principaliter, & primò eſt à Deo, qui miſeretur, eo modo, quo expoſitum eſt.

Secundario autem, ac concomitanter, ex nobis eſt, quia Dei adiutores ad noſtram ſumus ſalutem, ſic etiam hominis eſt, & in liberi arbitrij ſui poteſtate poſitum, loquendo de adultis.

Adamantinus Origenes, dubio iſto per comparationem ſatisfacit, dicens: Verba iſta debere accipi, ac intelligi per comparationem, iuxta Dauidis in pſalmis dictum: *Niſi Dominus*

Pſal. 126. *ædificauerit domum, in vanum laborauerunt, qui ædificant eam: niſi Dominus cuſtodierit Ciuitatem, fruſtra vigilat, qui cuſtodit eam*.

In quo oſtendit, non quod ille, qui Domum ædificat, nihil agat, & otioſus ſit, & ita ſolum Dominus illam ædificet; ſed etiam ipſe ædificator, quātum in homine eſt, vim ſollicitudinis, & laboris expendat; ſic vt obſtaculis omnibus amotis, opus perueniat ad perfectionem. Cum igitur per hæc doceatur, quòd homo laborem quidem impēdat, & ſollicitudinem; Deus autem ſucceſſum, & effectum tribuat: credendum eſt, bonum (quod in ſe eſt operis ſumma) Deo magis, quàm homini aſcribatur.

Sic etiam, & quando Paulus plantabat, & Apollo rigabat, dare dicebatur Deus incrementum: & quia additur ibi· Itaq; neque qui plantat, neque qui rigat, eſt aliquid, ſed qui incrementum dat, Deus: ſic in antedicto loco dicere poſſumus: Neque qui currit, neque qui vult eſt aliquid, ſed qui rem, effectuat principaliter eſt Deus: qui enim vult, & qui currit, idem vide-

videtur eſſe, quod eſt ille, qui plantat, & qui rigat; Nihil eſſe dicit Apoſtolus, Plantatorem, & Rigatorem, quoad actionem operis, nó quòd nihil agant, ſed per comparationem ad Deum, incrementum operi dantem, quaſi nihil in opere plantationis, & irrigationis dicantur, ac videantur illi eſſe. Quoad Exodi ſententiam ab Apoſtolo, vt ſupra citatam, quæ videtur dicere Deum excitaſſe Pharaonem ad ſibi reſiſtendum, atq; cor illius induraſſe: Diuus inquit Ioannes Damaſcenus libro 4 orthodoxę Fidei: *Conſuetudinem, & morē eſſe Diuinæ ſcripturæ, permiſſionem Dei actionem eius vocare*; & ita quando in Exodo dixit excitare, vel indurare Pharaonem ad reſiſtendum ſibi; intelligitur ipſum permittere, excitari, atque indurari, quando debuerat mollificari, & conuerti, ex plagis à Deo per ſeruū ſuum Moyſem miſſis. Exodi 9.

Rurſum doctiſſimus Sanctus iſte inquit: Diuinam ſcripturam ſolere quędam, quę ſecundum euentum, & conſecutionē debent intelligi, cauſaliter dicere, & ſic illa coniunctio, vt in authoritate illa Exodi: *Excitaui te, vt oſtenderem virtutem, & gloriam meam*: ſic debet intelligi, quod ex flagellis Pharaoni miſſis eueniet, ac ſequetur oſtenſio virtutis, & gloriæ eiuſdem Dei, vt ait Moyſes in ſuo Cantico cum dicit: *Cantemus Domino glorioſæ enim magnificatus eſt, &c.* Quia fortè aliqui mouebuntur ad inquirendum temerariè rationem, & cauſam, quarè hos Deus prędeſtinarit, & non alios? confundit Diuus Paulus eorum temeritatem, dicendo; *O homo, tu quis es? qui reſpondeas Deo*, ſcilicet facta eius arguendo? *Nunquid figmentum dicit Fictori ſuo, quare ſic me feciſti?* quaſi dicat; non quia non intelligit modum, nec rationem ſuæ fictionis; ſic & minus multo in propoſito noſtro poterit quis inueſtigare, & ſcire, quarè hos, & non alios prædeſtinauit. Ac vlterius magis confundit eos, dicendo: *Sicut in poteſtate Figuli eſt facere vaſa aliqua ad honorem, & alia ad contumeliam*: Sic, & multo magis eſt in poteſtate Dei plaſmatoris noſtri, rectè, iuſtèq; quos vult, eligere, & prędeſtinare, & alios non, abſq; partialitate, & alicuius iniuria; cum nemini teneatur, nec alicui ſit debitor; & vltrà ob illorum peccata pręuiſa, reprobare eos.

Exodi 25.

Iſaiæ 45. & Hie. 18.

Digitized by Google

Idem Diuus ſupradictus Pater Damaſcenus, ne aliquis maximum incurreret errorem ex eò, quòd ſimpliciter Deus producit Vaſa, ideſt homines omnes in eſſe naturę, & eſſentię vniuſcuiuſque, quibus deinde vtitur, aliquibus ad honorem, & alijs ad contumeliam: Sic, & effectiuè produceret cum honore virtutum, aut cũ dedecore, & contumelia vitiorum, & ex cõſequenti, cum bene eſſe morali hos, alios verò contrà. *Ideò*, inquit iſte Pater; *Non ipſe Deus honorabilia, aut ignominioſa vaſa facit, ſed propria vniuſcuiuſque voluntate, ac delectu.* Et hoc dilucidum eſt etiam ex his, quæ Apoſtolus in ſecunda ad Timotheum, inquit, ſic: *In magna Domo non ſolum ſunt vaſa aurea, & argentea, ſed & lignea, & fictilia, & quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam.* Magna domus eſt Eccleſia in hac mortali vita degens; bonos habens, malis ſine diſcrimine permixtis, vt granum paleæ in area; Triticum zizanijs in agro, Roſas ſpinis, piſces bonos cum malis in rete humanæ vitæ: Per vaſa autem aurea, intelliguntur boni, & electi, & ipſi idem ſunt vaſa in honorem, quia ad honorem cœleſtis glorię ſubleuantur: Per vaſa verò lignea, & fictilia accipiuntur ficti, & impij reprobi, & ijdem ipſi vaſa in contumeliam, qui & demergentur in ſupplitium damnationis, & ad oſtenſionem ſeueritatis, & vindictę Diuinę iuſtitię reſeruantur. Animaduertendum tamen, quod fieri Vas honorabile ad bonũ eſſe morale, non ſolius eſt hominis libero arbitrio ſuo benè vtentis, ſed Dei etiam, qui eſt præcipua bonorum noſtrorum cauſa, & cui ſecundariò cooperamur. Quo verò ad peccatorum malitiam, & malum eſſe moris nullo modo concurrit ad peccati formale, ſed tantum permittit. Sola ergò liberæ voluntatis peruerſitas, cauſa peccati eſt, Deo permittente, ne violet liberi arbitrij iura: *Quandoquidem reliquit hominem in manu conſilij ſui, appoſuit ei ignem, & aquam; bonum, & malum; vitam, ac mortem, & libertatem conceſſit porrigendi manum ad quodcunq; voluiſſet*: Et vt oſtendat Diuus Apoſtolus, quod ſicut homo per ſemetipſum ſe reddit contumelioſum: quod, & poſſit fieri Vas in honorem, & ad honorem, non tamen ſecluſa Dei gratia, & auxilio; quia tunc ſecus aſſerere, eſſet Pelagij temeritas,

Nota.

Ad Thim. 2. 1.

Eccl. 15.

Digitized by Google

meritas,& hęreſis. Ideò ſubiungit; *Si igitur quis expurgauerit ſeipſum ab his* (.ſ. inquinamētis peccati) *erit Vas in honorē ſanctificatum, & vtile dominatori, ad omne opus bonum paratum.* Perſpicuum eſt ergò, quòd voluntariè purgatio fit, & remeat, reciprocaq; ſequelę conuerſio reſpondit. Si non ſe expurgauerit, erit Vas in ignominiam, comminutione, confractioneq; dignum. Sat ſuper hæc. Accedamus ad Epheſiorum Epiſtolam, vbi de prædeſtinatione clarè loquitur Paulus Apoſtolus his verbis. Eph. 1.

Elegit nos in Chriſto ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti, & immaculati in conſpectu eius in charitate. Elegit nos, dico, & bene, ad gloriam in futura vita, & ad gratiam in præſenti; quæ electio, gratis à tota Sanctiſſima Trinitate facta eſt in Chriſto; vt eſſemus de myſtico illius corpore, ideſt Eccleſię membra viua, & ob hoc ſubdit; *vt eſſemus ſancti,* ideſt puri, & mundi in anima, & immaculati in corpore, externaq; conuerſatione: & quomodo eligeret, qui nondum erant, niſi prædeſtinando? Elegit ergo prædeſtinans nos, & ſicut non elegit, eò quòd eſſemus ſancti, tunc, quia nihil eramus in rerum natura; ſic nec ideo, quia præuidit ſanctos nos eſſe futuros, ſed potius elegit, ac prædeſtinauit nos ad hoc, vt in tempore per gratiam ſuam, & bono vſu liberi arbitrij noſtri, ſancti eſſemus, atque electio hęc in puncto æternitatis facta eſt ante mundi conſtitutionem, & tempora ſęcularia. Pelagius veritati contradicens ait: *Præſciebat Deus, qui eſſent futuri ſancti, & immaculati per liberæ voluntatis arbitrium, & eos in ſua præſcientia quales futuros eſſe præſciuit, elegit prædeſtinando;* qui confutatur hic ab Apoſtoli verbis, cum dicit; *vt eſſemus ſancti,* non quia futuros tales à nobis præſciuit.

Expreſſius de prędeſtinatione ſubloquitur Apoſtolus dicēs: *Qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum Dei per Ieſum Chriſtum in ipſum, ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ in laudem gloriæ, gratiæq; ſuæ.* Itaque ſicut prædeſtinauit Chriſtum ſecundum humanitatem eſſe filium ſuum naturalem, caputque Eccleſiæ, & omnium electorum; Itidem deſtinauit nos fore filios ſuos adoptiuos per ipſum, qui eſt eius naturalis filius; dicit in ipſum, quia filiatio adoptiua, eſt quędam aſſimilatio ad

natu-

Digitized by Google

naturalem filiationem,& hæc omnia dicit fore in laudem gloriæ,gratiæ ſuę, & ſecundum propoſitum voluntatis ſuę, à qua voluntate dependet prędeſtinatio, non à meritis noſtris, non tantum in re, verùm neque in Dei præuiſione.

MYST.

Rectè percepi omnia ſupradicta, ac credo prędeſtinationē filiorum Dei eſſe, atq; pręſcientiam impiorum filiorum Diaboli: ſed magno teneor deſiderio ſciendi (ſaltem coniecturaliter) qui nam ſint de numero prędeſtinatorum, & qui de numero reproborum.

MAGIST.

Quamuis promiſerim hoc in libro, ſolum oſtendere Dei prędeſtinationem eſſe ſuper ſaluandos, Et hic ſatisfaciendi tuo huiuſmodi deſiderio non ſit locus proprius: Attamen, nè animus affligatur tuus, ad propoſitum audi quid dilectus E-
Ioan. p.3. uangeliſta Ioannes in ſua prima Epiſtola dicat: *In hoc* (inquit) *manifeſti ſunt filij Dei*, ideſt electi, & prędeſtinati; *& filij Diaboli*, ſcilicet reprobi; *quia Dei filij iuſti ſunt, ſicut & ille iuſtus eſt, & omnis, qui non eſt iuſtus, non eſt ex Deo*: Ergo ex Diabolo eſt,& eius filius per imitationem: *Et omnes filij Dei orti ſunt à Deo* (per Diuinam videlicet prædeſtinationem,) *& non peccant*; nec vult ſimpliciter dicere, quòd non peccent, cum alibi dixerit: *Quia ſi dixerimus, quòd peccatum non habemus*, ſaltem veniale aliquod, *Veritas in nobis non eſt*; ſed vult dicere,quod non peccat ille,qui eſt filius Dei per æternam prędeſtinationem, taliter, quòd in grauibus peccatis mortalibus perſeueret, ipſis delectetur, & vt ſine pœnitentia moriatur. Vel dici poteſt; ſi peccat, minus peccat, quia cito reſurgit, ſicut ſcriptum eſt; *Septies in die cadit iuſtus; ſepties etiam reſurgit*.
Prou.24. Rationem reddit Apoſtolus ibi de hoc: *Quia* (inquit) *ſemen ipſius in eo manet*; Quòd ſemen, eſt verbum Dei, gratia, & auxiliū ipſius: Quod eſt maius, ſubiungit; *Et non poteſt peccare*; Rationem etiam reddit de hoc: *Quia ex Deo natus eſt*: Natiuitas hęc, ſiue originatio à Deo eſt per ęternam prędeſtinationem.

Dum iuſtus,& prędeſtinatus, eſt in gratia non peccat mortaliter, ſed nec peccare poteſt ſic ſtans,& perſeuerans in ea, ac dum

dum ſtat, & perſeuerat in eo gratia, qui iuxta Saluatoris noſtri dictum infallibile. *Non poteſt arbor bona malos fructus facere.* Mat. 7.

Non peccabit etiam peccato finalis inpœnitentiæ; adeò vt in peccato mortali finaliter moriatur: nec prouenit ex confirmatione in gratia, quia vniuerſaliter, prędeſtinati viatores non ſunt in gratia confirmati, & eſt paucorum priuilegium, eſſe in gratia confirmatum; Vt glorioſę Virginis Matris Domini noſtri Ieſu Chriſti, Sanctorum Apoſtolorum poſt Spiritum ſanctum acceptum; fortè etiam Hieremię, & Ioannis Baptiſtę, qui fuere in materno aluo ſanctificati. De pręſcitis, & Diaboli filijs ſpecialiter loquendo, ſupradictus Apoſtolus ait: *Qui facit peccatum, ex Diabolo eſt,* concludit: *Et omnis qui non eſt iuſtus, non eſt ex Deo*; Vnde ſubſequitur, quod ex Diabolo eſt, & de damnandorum numero; maximè in peccatis mortalibus perſeuerando habitualiter cum delectatione, & exultatione. Vt Diuina ſcriptura de talibus ait: *Lætantur cum malè fecerint*; Prou. 2. *Et exultant in rebus peſſimis*. Et quamuis ſit hæc vniuerſalis diſtinctio inter filios Dei, & filios perditionis; Non propter hoc ſcire certitudinaliter, & in particulari poſſumus, qui nam ſint de numero reproborum, ac damnandorum; quia ignoramus, *Quis ſit dignus amore, vel quis dignus odio*, Loquendo de finali Eccl. 9. amore per gratiam, & de finali odio per peccatum. Et Sacrum Tridentinum Concilium Anathematizat audentes aſſerere certitudinaliter talem eſſe, vel talem prædeſtinatũ, niſi ex ſpeciali gratia, & Dei dono habuerit hoc per reuelationem Diuinam. & in reuelationibus cautè incedendum eſt; quia *Sathanæ Angelus aliquando ſe transfigurat, vt decipiat, in Angelum lucis*: Vt Diuus iſte Ioannes Euangeliſta mouet. Signa autem prędeſtinatorum ſunt ſuperius tacta, quæ ſunt (recapitulando) opera, de quibus Chriſtus in ſui teſtimonium, ſic loquitur: *Opera, quæ ego facio in nomine Patris mei, ipſa teſtimonium perhibent de me*: & non tantum de miraculoſis, quantum, & de moralibus bonis operibus intelligit, cum illa ſine iſta parum valerent. Et vltra alibi; *Ab operibus eorum cognoſcetis eos*; Matt. 7. *Quia non de ſpinis vuas, nec de tribulis ficus carpimus, & omnis arbor bona bonos fructus facit; mala ſimiliter è contra, malos*

Seſſione 2 cap. 12. & cano. 15.

Secundæ Corin. 11. Prima Epiſt. 4.

Ioan. 10.

facit

facit fructus. Ad hanc coniecturam noſtræ prædeſtinationiſ, ac ſalutis habendam per bona opera nos hortatur Diuus Pe-
Pet. 2.p. trus in ſecunda ſua Epiſt.cap. 1.dicens; *Satagite fratres magis, vt per bona opera certam veſtram vocationem, & electionem faciatis*. Certam facimus nobis certitudine ſpei,quia ſperamus ex Dei benedicti gratia primò, & conſequenter ex meritis noſtrorum bonorum operum (non tamen quaſi ex nobis) obtinere beatitudinem promiſſam certitudinaliter electis, & vocatis Dei: non autem nobis certam facimus, certitudine infallibilitatis,cũ ignoremus perſeuerantiã in bono,& finem noſtrũ.

quomodo certam facimus vocationem, & electionẽ noſtrã.

Auditus verbi Dei ſecundariò, ſignum eſt; Prædeſtinato-
Ioan.8. rum, iuxta illud, *Qui ex Deo eſt verba Dei audit*, & ſecundum illud; *Oues meæ vocem meam audiunt*, ſcilicet, Aure corporis, cordis, & operis audiunt; relinquentes malum, adhęrentes bono.

Sequuntur paſtorem ſuum Chriſtum, obſeruantia mandatorum, & ad perfectionem aliqui, vt Religioſi, ſequuntur vltra mandatorum obſeruantiam, obſeruantia conſiliorum, & maiori conformitate vitæ Ieſu Chriſti ſanctiſſimæ. Poſtremò dico eſſe ſignum prędeſtinatorum certius omnibus, quando ipſe bonus paſtor Chriſtus (vt ſupra diximus) cognoſcit aliquos eſſe oues,ideſt prędeſtinatos ſuos,atq; ab eis cognoſcitur, vt Redemptor,& ſolus ille, in quo poſita eſt omnium ſalus, vt
Ioan.10. ille dixit, *Cognoſco oues meas, & cognoſcunt me meæ*: ſignum iſtud adeò certum eſt, quod nullo modo poteſt fallere,nec falli,cum ſit ęternum,& ex parte ſui immutabile.

Cognoſcit ergo oues ſuas ęternaliter Theoricè prędeſtinando, & in tempore practicè approbando, quas, & ęternaliter Theoricè approbauerat; Et per quę ſigna practicè cognoſcit? Dico, quod ſicut pater cognoſcit filium ſuum per imaginem, & ſimilitudinem ſuam, cum omne animal generet ſibi ſimile, ſaltem in ſpecie,& vlterius quando non degenerat à bonis moribus ipſius patris: Vnde cum patres vident filios non ſe imitari in bonis moribus ſolent dicere non eſſe ſuos filios; Sic & ipſe Chriſtus,electos filios ſuos cognoſcit per animę imaginem peccato non infectã, & per ſimilitudinem virtutum,ac morum

Digitized by Google

non amiſſam; ſed illibatè conſeruatam, aut ſaltem per pœnitentiam reformatam,per quam,& animę imago abluitur,mundatur,& ſui nitori redditur.

Quemadmodum per ſua particularia ſigna Paſtor oues ſuas cognoſcit. Itidem Chriſtus per Sacramentorum ſigna, ſpiritualibus ſignatis coniuncta cognoſcit ſuas oues; quæ ſpiritualia ſignata,ſunt gratia,merita,& iuſtificatio.

Vti Capitaneus ſuos milites par arma, & inſignia ſua cognoſcit: Ita Capitaneus,& Dux electorum Dei Chriſtus ſuos milites cognoſcit per vexilla,& arma Lucis, quibus ſunt induti; iuxtà illud Diui Pauli: *Induamur arma Lucis*: quæ arma Lucis,ſunt propoſita bona cum eorum executionibus, & virtutum habitibus. Rom. 13.

Finaliter velut Magiſter, & Præceptor per praxim doctrinę ſuę ſuos cognoſcit diſcipulos: Sic,& Chriſtus; Vndè, & dicebat: *In hoc cognoſcent homines,quòd diſcipuli mei eritis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem*; vt anteà dixerat: *Mandatum nouum do vobis,vt diligatis inuicem,ſicut dilexi vos.* Ioan. 13.

Et quia reprobi filij Belial his ſignis, vel ſuis ſignatis carēt, à Chriſto de ſuis ouibus prædeſtinatis eſſe non cognoſcuntur; ac propter hoc, (vt dixi) dicturus eſt eis, *Neſcio vos.* Mat. 25.

M V S I T.

Nunquid non immittit Bonus Deus his ſuis electis, & prædeſtinatis filijs maiorem,ac peculiarem ſpem,& fiduciam aliquam ſuę ſalutis? aut dimittit eos,ſicut omnes alios,in timore, ac tremore?

M A E S I T.

Piè audeo dicere, quod licet ad inſtar ſanctiſſimi Iob, ſint quidam: *Verentes omnia ſua opera, ſcientes Deum non parcere delinquentibus*: ideſt non ſinere impunitos, operenturq; ſuam ſalutem in timore, ac tremore; Attamen maiorem ſpem, atq; fiduciam, eorum cordibus immittit per Spiritum Sanctum, iuxtà Diui Pauli ſententiam ad Galatas 4. ſic: *Quia eſtis filij Dei, miſit Spiritum filij ſui in corda veſtra clamantem abba pater*: ſi ita res ſe habet. (vt credere debemus) Ergò fidunt,& valdè ſperant eſſe ex filijs patris, quē inuocant; conſequenterq; ſpe- Iob. 9. Galat. 4.

Digitized by Google

rant cum alijs fratribus participes fieri hæreditatis eiuſdem. Ad Rom. 8. Idem ferè dicit, & maiori cũ expreſſione his verbis: *Ipſe enim Spiritus ſanctus, teſtimonium reddit ſpiritu noſtro, quòd ſumus filij Dei, quòd ſi filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti.*

1. Cor. p. 2. Spiritus etiam hominis, qui eſt in homine, & ſcit, quæ ſunt in illo, bonas videlicèt cogitationes, bonaque, & ſancta propoſita, cum ſana, & bona conſcientia (quæ eſt per valorem mille teſtes.) Valdè ad negotium iſtud conferunt. Si ſunt in timore, & tremore, ac cum timore, & tremore ſuam operantur ſalutem: Timor, & tremor iſte non eſt ſeruilis, ſed filialis permanens in ſęculum ſęculi: *Quia perfecta charitas foras ſeruilem timorem mittit*; ait charitate plenus Apoſtolus Ioannes. Pro complemento authoritatum diuinarum ſcripturarum noui teſtamenti atteſtantium diuinam iuſtorum prædeſtinationem, & iniquorum reprobationem; obſeruandus eſt locus in

Ioan. p. 4. calce capitis 20. Apocalipſis; vbi poſtquàm locutus eſt de Chriſto Iudice ad vniuerſale iudicium veniente, ſedenteque ſuper thronum magnum, & candidum, à cuius conſpectu fugit terra, & cœlum; ſubdit: *Et vidi mortuos magnos, & puſillos ſtantes in conſpectu throni, & libri aperti ſunt; & alius liber apertus eſt, qui eſt liber vitæ, & iudicati ſunt mortui ex his quæ ſcripta erant in libris ſecundum opera eorum, & qui non inuentus eſt in libro vitæ ſcriptus, miſſus eſt in ſtagnum.*

Per libros illos apertos, omnes intelligunt propriam conſcientiam vniuſcuiuſque: nàm Deus ad memoriam omnium iudicandorum reducet non ſolum dicta, & facta (in vita) bona, & mala: Sed & cogitata interiora; vbi per certam ſcientiã (quaſi in libro aperto) poterunt in conſcientia propria, & aliorum legere, & ſcire ſua, & aliorum, vt dixi: Vndè omnes ſecundum ea, quæ in conſcientia ſcripta erunt iudicabuntur. De libro vitæ ſic Diuus Pater Auguſtinus loquitur 20. lib. de Ciuit. Dei: *Liber vitæ Prædeſtinationẽ ſignificat eorum, & quibus æterna dabitur vita*. Qui autem non erunt inuenti in libro illo ſcripti; mittendi ſunt in ſtagnum ignis: & ij erunt, primò Sathanas cum Angelis malis, complicibus eius, & humanę naturę

reprobi

Digitized by Google

reprobi omnes.

Sufficientèr per vtriuſq; Teſtamenti authoritates me oſtendiſſe credo prædeſtinationem electorum, & ſaluandorum Dei eſſe; ſimiliter, & impiorum reprobationem, & damnationem. Item, & incidentaliter ex parte quaſi declaraſſe, quid ſint, prędeſtinatio, & pręſcientia, cum alijs multis diſcurſibus valentibus ad propoſitum ipſarum; ſuorum etiam prędeſtinatorum, & reproborum: Quæ omnia viam aperient, Ad quid eſt, in ſequenti ſecundo libro.

Si pie ſenex, ſatisfactus es, quòad primum iſtud quæſitum: Accedamus cum Dei auxilio ad ſecundum.

MYST.

Vtiquè factum eſt mihi ſatis: benè ſit tibi à Domino Deo excelſo. Vtinam & nos computemur inter ſortem electorum ſuorum ad æternam eius laudem, & gloriam. Amen.

Accede cum Dei benedictione quo cupis: nã & ego magis cupio. MAGISTER.

Accedo. Sed prius quędam decentia, expedientia, ac ferè neceſſaria me oportet dicere.

MYST.

Prædicas, audiam.

MAGIST.

Cùm ternarius numerus perfectionis numerus ſit, quià in ſe vnitatem, & dualitatem continet; tanquàm partes, perfectè ipſum conſtituentes; nàm vnum, & duo ternarium numerum conficiunt: Vnitas ſe habet, vt maſculus, dualitas verò vt fœmina, ad omnium numerorum productionem. Enimuerò ſicut homo maſculus ad hominem fœminã accedendo procreantur vtriusque ſexus hominum filij: Sic accedente vnitate alteri vnitati, tanquàm homo homini, ex ambabus iſtis primis vnitatibus conſurgit dualitas; nàm dualitas nil aliud eſt materialitèr, quàm aggregatio, & vnio duarum vnitatum: veluti creato vno homine maſculo primo, addita ſecundariò, altero primo homine fœmina, reſultat, completè, & perfectè humana natura, & ab vtroque procreatum eſt in vtroque ſexu immediatè, & mediatè omne ho-

minum genus. Sic & vnitas tertia dualitati aggregata, numerum ternarium immediatè conſtituunt, ac mediatè alios omnium generum numeros. Quia ergò numerus ternarius conſtat ex vnitate, & dualitate immediatè ab ipſis genitus, tanquàm à viro patre, & à fœmina matre, deindeque omnes oriuntur numeri ab ipſo; ideò dicitur eſſe perfectus numerus. Alia etiam ratione perfectus eſt; quia habet partes perfectè concordes, & ad ſe inuicem conuertibiles. Nàm vnum, & duo, duo, & vnum tria conficiunt, non plus, nec minus.

Hac ratione ergò Deo Optimo Maximo, ſuiſq; creaturis numerus ternarius tribuendus eſt: In Deo enim eſt eſſentiæ vnitas, cum perſonarum trinitate: Vnitas Patris cum vnitate eſſentiæ, (licèt eſſentia ipſa non generet, neque generetur) per actiuam generationem producit Filium; qui Filius eſt perſonarum dualitas; Spiritus Sanctus ab ambobus per voluntariam amoroſam ſpirationem, tertia perſona producitur. Ab ipſo vno Deo in eſſentia, & in perſonis trino producta eſt, non ex ipſo Deo, ſed ex nihilo creaturarum pluralitas, partim immediatè, & partim cum eo mediantibus ſecundis cauſis.

Creaturis omnibus ſuo modo numerus hic ternarius tribuendus eſt; eò quia, omnes primò ad ipſarum conſtitutionem numero ternario gaudent, inquantùm omnes propriam eſſentiam, virtutem, & operationem, vel eſſentiam, potentiam, & actum ſortitæ ſunt.

Quapropter veteres ſapientes pro gratiarum actione conſueuere Deo in hoc ternario numero ſacrificare; videlicèt, Incenſo, Oratione, & mundorum animalium Holocauſto. Ego quoque omnium iſtorum minimus, nè ingratitudinis vitium incurram, excogitaui Deo optimo Maximo vno, & trino, Trino, ac vno pro ab ipſo ſcientiæ, & ſapientiæ dono (nullis meis meritis exigentibus) accepto, lucubrationes, & labores meos in ternario numero librorum, videlicèt, trium de æterna ſanctiſſima ſua prædeſtinatione offerre. Primum ex appropriatione offero omnipotenti Patri: Secundum ſapienti Filio: Et tertium omnibono Spiritui Sancto.

Vnea

Vires præſtitit, vt conficerem primum, qui eſt de prædeſtinationis eſſe, ſiue exiſtentia: Dabit quoque (nec hæſito) vires corporis, ac mentis, ad ſecundum de Quid eſt, ſiuè eſſentia illius: Ac demùm, ad tertium de propter Quid, ſiuè de prædeſtinationis cauſa.

Ergò, auxilio Sanctiſſimæ, & Indiuiduæ Trinitatis confiſus, ad ſecundum accedo; ſi tamen in tuo eſt beneplacito, probe ſenex.

MYST.

Beneplacitum fuit mihi à principio noſtræ neceſſitudinis hucuſque, ac erit ſemper in tuis ſtudioſis laboribus: *Labores manuum tuarum, quia manducabis, Beatus es, & bene tibi erit.* Pſal. 127.
Nè pigriteris ergò; ſed feſtinanter, atque alacriter incipe ordiri, ac texere telam prędeſtinationis primi libri.

MAGIST.

Properè, & cum feſtinatione incipio.

Libri Primi Finis ad Opt. Max. Dei Laudem, & Gloriam.

Digitized by Google



CHRISTVS IESVS
Prædeſtinatorum Caput ſuper
omnem Eccleſiam.

Digitized by Google

DE DIVINA CIVIVM CIVITATIS DEI PRÆDESTINATIONE,

Deq; Ciuium Ciuitatis Satanæ Præſcientia, & reprobatione quò ad quid eſt.

LIBER SECVNDVS.

MAGISTER.

POSTQVAM clarè oſtendimus electorum Dei prędeſtinationem eſſe, ſic & impiorum reprobationem; hîc de ipſa diuina Prędeſtinatione, quatenus, Quid ſit, eſt nobis agendum. Vndè ſciendum, duplex eſſe, Quid eſt; ſcilicet: Quid nominis, & Quid rei. Quid nominis, eſt notitia, per quam cognoſcimus quid ſignificetur per nomen, & quid referat, ſiuè importet nomen rei, de qua quærimus.

Digitized by Google

Quid rei, eſt notitia, per quam cognoſcimus definitionem rei nominatę: Et quia omnis diſputatio, & determinatio à nomine debet exordiri; quia nomina imponuntur à rei proprietate; & omnes transferentes, ſecundùm aliquam proprietatẽ transferunt; Vnde ad cognitionem, Quid eſt rei, valdè conducit: ſcire Quid nominis: Ideò ab ipſo prędeſtinationis nomine incipiemus, animaduertendo quid per nomen Prędeſtinationis ſignificetur.

Prędeſtinatio ergò componitur ex hac prępoſitione prę, quę deſſignat ordinem in finem futurum; & ex iſto nomine verbali, deſtinatio. Vndè dicere poſſumus prędeſtinationem ſignificare idem, quòd anteà, ſiuè anterior deſtinatio; & deſcendit à verbo iſto prędeſtino, compoſito ex illa prępoſitione præ, & verbo deſtino, quod multas recipit, apud Latinos, expoſitiones, ſeù ſignificationes. Primò deſtinare, idem ſignificat, quòd mittere, ſeù dirigere; vnde aliquis dicitur Nuntium deſtinare; quãdo aliquem mittit, vel dirigit ad aliquem, pro aliquo exequendo negotio: ſicut Deum mittere Gabrielem Arcangelum ad Virginem, fuit deſtinare illum, Nuntium Sacroſanctę Incarnationis. Aliquandò denotat deliberare, ac animo conſtituere, & ordinare; ſicut apud Suetonium de Cæſare legitur; quòd de ampliando imperio plura, maioraq; in dies deſtinabat: & iſto ſenſu capitur, & intelligitur illud, quod de Eleazaro in ſecundo Machabeorũ lib. ſcribitur;
Mac. 6. *Qui deſtinauit in corde ſuo non admittere illicita propter vitæ amorem*. Illud etiam Diui Pauli ſecundę ad Corint. 9. *Vnuſquiſq; prout deſtinauit in corde ſuo*. In libro etiam Sapien. habetur;
Cap. 5. *Sagitta emiſſa in locum deſtinatum*. Significat etiam deputare, ſiue adiudicare; vndè illud Virgilij: *Et me deſtinat aræ*. Omnes ſignificationes iſtæ aptari poſſunt huic nomini prędeſtinatio; & ſic prędeſtinatio dici poterit Miſſio, directio, deliberatio, animi determinatio, ſiuè propoſitum, ordinatio, deputatio, & iudicatio ad finem determinatum. Vndè quandò benedictus Deus proponit benignè aliquos ſaluare, dicitur illos prędeſtinare, ideſt mittere, dirigere, deliberare, animo determinato proponere, ordinare, deputare, & ad futuram beati-

tudinem

Digitized by Google

tudinem illos indicare, tanquàm in finem benignè, & principaliter intentum.

Sed conſiderandum eſt, omnes res per diuinam prouidentiam in fines ſuos aptari, ſeu deſtinari; vtputà leuia ad aſcendendum ſurſùm, grauia ad deſcendendum deorſùm; & ſic de alijs omnibus in ſuos naturales fines.

Quamobrem deſtinatio, nomen erit genericum, competens inanimatis, & animatis rebus, rationabilibus hominibus, ac intellectualibus Angelis: ſub qua deſtinatione, ſiuè ſub quo deſtinationis genere eſt quædam determinata ſpecies deſtinationis, quæ tantum rationabilibus conuenit hominibus, & intellectualibus Angelis, dicta prędeſtinatio; Et ſic deſtinare, ſiuè prędeſtinare hoc modo, erit rationalem naturam humanam, & intellectualem Angelicam in finem ſupernaturalem dirigere.

Origenes autem in Epiſtola ad Romanos aliud diſcrimen affert inter deſtinare, & prædeſtinare; volens, quod, deſtinare ſit reſpectu rei, quæ eſt; prędeſtinatio verò reſpectu rei, quæ nondum eſt, ſed eſt futura.

Ex hoc ergo, quòd prędeſtinare eſt rationalem, & intellectualem naturam in finem ſupernaturalem dirigere; ſequitur quòd prædeſtinatio ponitur ſub prouidentia, tanquàm pars eius ſubiectiua; cum prouidentia (vt dictum eſt) dicat ordinē in finem. Ponitur etiam prouidentia à Tullio reſpectu futuri temporis, & à quibuſdam ſic definitur.

Prouidentia eſt præſens notio, futurorum pertractans euentum.

Clarè in quo differant
Prouidentia, & Prædeſtinatio.

Quia verò dictum eſt prędeſtinationem contineri ſub Prouidentia, tanquàm ipſius ſpeciem, & partem ſubiectiuam; ne aliquis crederet, quòd idem eſſent, quia pars, & totum multam habent conuenientiam, ſaltèm totum homogeneum; Ideò videndum in quo differant; & dicendum eſt, quòd, quantùm ad præſens ſpectat, in duobus differunt, Primò; quia Prouidentia vniuerſalitèr, & abſolutè dicit ordinem ad finem aliquem, ad quem res quęlibet eſt ordinata, ſiuè ſint irrationabilia, ſiuè ra-

Digitized by Google

tionabilia, & intellectualia; ſiuè bona, ſiuè mala; ſiuè ad ſalutem, ſiuè ad perditionem: Prędeſtinatio verò ad bonos ſaluandos tantùm pertinet.

Secundò differunt; quia in qualibet ordinatione ad finem ſunt duo conſideranda; ipſe, ſcilicet ordo, & exitus, ſiuè euentus ordinis, & rei: non enim omnia, quæ ordinantur in finem, ſemper eueniunt, vel proſequuntur eum; Prouidentia enim ordinem tantùm reſpicit in finem.

Vndè per Dei prouidentiam, omnes homines ad beatitudinem ordinantur; iuxtà illud Diui Pauli ad Timoth. *Vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*: non omnes tamen ad ſalutem veniunt. Prędeſtinatio autem, tàm ordinem in finem, quàm ipſum euentum, & exitum ordinis infallibilitèr conſequitur; vt Paulus ad Roman. *Quos prædeſtinauit, hos & vocauit, &c.* & ad Epheſios 1. *Qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum Dei, ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ*; quod quidem propoſitum voluntatis eſt voluntatis beneplaciti, quod ſemper adimpletur. *Quid enim ei reſiſtere poteſt? Tu terribilis es, & quis reſiſtet tibi? Omnia ergo, quæcunque voluit, fecit in cælo, & in terra, in mari, & in omnibus abyſſis*; ait Dauid, iuxtà beneplaciti voluntatem.

1.Thim.2.

Rom. 8.

Pſal. 75.

Pſal. 134.

Quia verò ſuperius diximus prædeſtinationis nomen, eſſe compoſitum ex illa præpoſitione præ, quæ ex ſui natura ordinem prioritatis ſignificat, & ex verbo deſtino; vndè prædeſtinatio, idem eſt, quòd antè deſtinatio: Ideò operępretium erit ſcire, quòd vnum prius altero, dicitur multipliciter, & ſecundũ Ariſt. quintupliciter.

Primò, dicitur prius tempore, ſiuè duratione; vt Patriarchę prius fuere Prophetis, quia illi in lege naturæ, & ſecunda Mundi ætate; iſti autèm in lege Moſaica ſcripta, & tertia, quarta, & ferè quinta ætate.

Secundò, prius natura, à quo non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia; & ſic animal prius eſt homine: Vndè non valet dicere; Animal eſt, ergò homo eſt: quodlibet ſuperius, ſiuè communius, etiam iſto modo eſt prius ſuo inferiori, & minus communi.

Tertiò,

Digitized by Google

Tertiò, prius ordine, à quo ſecundum debitum ordinem fit initium; vt in numeris vnum prius eſt duobus, & ſic deinceps: In Grammatica, Litteræ ſunt priores ſyllabis: Partes integrales priores ſunt ſuo toto integrali.

Quartò prius honore, ſiuè dignitate; & ſic digniores, priores ſunt indignioribus; vt Pontifex prior eſt Cardinalibus.

Quintò, prius natura à quo conuertitur ſubſiſtendi conſequentia, & vnũ eſt alterius cauſa: vndè illud, quod eſt cauſa alterius, eſt prius natura illo; & ſic cauſa in actu, prius eſt ſuo effectu in actu; ſic ità eſſe in re, vt verba exprimunt, eſt prius oratione vera de ſe facta, & cauſa veritatis illius. Ab eo enim quòd res eſt, vel non eſt, dicitur oratio vera vel falſa, & ſe conſequuntur; quia ſi ita eſt in re, vt Oratio exprimit, vera eſt oratio, ſiuè propoſitio, ſic annuntians: Itidem ſi vera eſt oratio, veritas etiam eſt à parte rei.

Prætereuntes ſecundum, tertium, & quintum modum prioritatis; noſtro huic ſubiecto aptabimus primum, & quartum, ſcilicèt temporis, & dignitatis.

Scolaſtici ferè omnes cum Diuo Auguſtino aiunt; Prædeſtinationem ratione illius præpoſitionis præ, dicere, ſeu innuere temporis ordinem. Vndè ſecundum eos, Deus dicitur aliquos prædeſtinaſſe; quia antè omne tempus (ſcilicet æternaliter) conſtituit, quid in tempore illis collaturus eſſet, ſcilicèt gratiã in præſenti ſæculo, & gloriam in futuro.

Importat etiam dignitatis prioritatem, & hoc bifariam: Primò inter humanam ſpeciem, & alias irrationales creaturas: nàm prouidentia, qua omnes irrationales creaturæ in ſuos fines diriguntur, deſtinatio ſimpliciter dicitur, vt iam dictum eſt: Hominis verò prouidentia, cùm ſpecialis, & dignior ſit ratione ſupernaturalis, & nobilioris finis; ideò deſcribi debet per hanc præpoſitionem præ, vt homo dicatur prædeſtinari, ideſt, præ ceteris creaturis irrationabilibus digniori, & nobiliori modo deſtinari; quia ad beatam, & æternam vitam nemo venit, niſi deſtinatus. Secundariò, eſt etiam hæc prioritatis differentia inter electos, & reprobos; vt ſolùm ad beatitudinẽ electi dicantur Prædeſtinati; alij autem non; cùm prædeſtina-

tio non ſit omnium hominum (ſicuti eſt prouidentia,) ſed aliquorum tantùm; quos eligendo, & prędeſtinando, dignos eſſe voluit, & fecit æternę beatitudinis, non quòd ex ſe tales eſſent.

Ambroſi⁹ Gattarin⁹ hic eſt. Recordor me legiſſe libellum cuiuſdam Doctoris Senenſis, vbi agit de Chriſti filij Dei, & hominum prędeſtinatione, deq; ſtatu puerorum, abſque Baptiſmi Sacramento decedentium; vbi duo genera ſaluandorum ponit, quos ſic diſcriminat; primos enim vocat prędeſtinatos, ideſt prę alijs ad vitam ęternam efficaciter electos, deſtinatos, & vocatos, qui neceſſariò ſaluabuntur; de quorum numero fortaſſe, ſecundum eum, fuere Patriarchę, & Prophetę veteris teſtamenti electi vltrà electionem, & prędeſtinationem communem ad vitam beatam, in triumphanti Eccleſia; vt vniuerſales Patres fidelium (de quibus Dauid in Pſal. *Pro Patribus tuis, nati ſunt tibi filij*) in Ecclesia militanti. Prophetę in iſtamet electi à longè pręcones Chriſti venturi; vndè Paulus: *Omnes aſpexerunt, & ſalutauerunt repromiſſiones à longè*. Ex quibus vnus, Hieremias, tantam gratię gratificantis prerogatiuam habuit, vt in materno aluo, ab originali peccato purgatus ſit, & ſanctificatus.

Pſal.44. Heb.11.

Ioannes Baptiſta ſimiliter (medius inter vetus, & nouum teſtamentum) in materno vtero ſanctificatus, electus eſt in pręcurſorem, & paranymphum; ac (vt ità loquar) foretium Chriſti, & Eccleſiæ, pręparando ei plebem perfectam.

Super omnes primò, & principaliter ex his, in nouo teſtamento, Virgo Virginum Mater Domini, & Dei noſtri electa, & prędeſtinata, vt ſemper eſſet munda, & ſancta, ac libera à quouis peccato, non actuali tantùm, ſed etiam originali. Apoſtoli electi, & prędeſtinati, vt principes terrę conſeſſuri cum Chriſto ſupèr ſedes duodecim ad iudicandum duodecim tribus Iſrael. Euangeliſtę, & Martyres teſtes fidei Chriſti: quibus tantam conſtantiam contulit ad ſuperanda omnium tormentorum genera: Sic, & Virgines ſanctiſſimæ, & caſtiſſimę: Confeſſores quoque, & Doctores ad tantam prerogatiuam gratię, non tantùm gratis datę, ſed etiam gratificantis, & iuſtificantis euecti.

Luc. 22.

Cum ergò omnes iſti electi, & prędeſtinati, ſint ad tanta iſta

in Ec-

Digitized by Google

in Eccleſia militanti ordinati; credendum eſt electos, & prædeſtinatos eſſe in triumphanti Eccleſia ad maiorem beatitudinē, ſecundum menſuram, & quantitatem gratiæ, & meritorum vniuſcuiuſque ipſorum. Vndè *Sicut ſtella differt à ſtella in claritate, ſic etiam eorum beatæ manſiones*. Et de his fortaſſe loquitur Diuus Ioannes in Apocalypſi ſic: *Ex tribu Iuda duodecim millia ſignati: Ex tribu Ruben*, & ſic de ſingulis, vt ibi. 1. Cor. 15. Apoc. 7.

Quantùm ad ſupradictos, bene dixit Vir iſte doctiſſimus. Quò verò ad alios, quos vocat communitèr beatos, non electos, nec prædeſtinatos; errat toto cœlo, & in tenebris ambulat: quia ſi ſic; daretur ſtatus medius inter prædeſtinatos, & reprobos, vltra illum puerorum mortuorum abſque baptiſmo; quod in diuinis ſcripturis non reperitur, nèc datur: & ſic communiter pro beatis iſtis, oporteret ponere aliam communem prædeſtinationem, quæ non eſt ad tot gradus gratiarum gratificantium, ac meritorum hic in militanti Eccleſia; & in triumphanti ad tantam gloriam, ſicut aliorum ſupradictorum, quæ ſimilitèr non datur.

Iſtæ propoſitiones ergò inter ſe conuertuntur: *Omnes ſaluandi ſunt electi, & prædeſtinati; & omnes electi, & prædeſtinati ſunt ſaluandi*: loquendo de ęterna electione, & prędeſtinatione.

Quòd autèm adducit iſte Doctor illud Pauli ad Romanos, 8. cap. *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, his qui ſecundum propoſitum, & cæt.* quæ ſequuntur de prædeſtinatione; adducit applicando tantùm ad Apoſtolos, & alios ſpecialiter prædeſtinatos, vt dictum eſt: debent intelligi de omnibus ſaluandis electis, & prędeſtinatis: verùm principalitèr, & pręcipuè de illis; ſecundariò autem, & de omnibus ſaluandis electis, & prędeſtinatis, intellectis in Apocalypſi, in illis verbis: *Pòſt hæc, vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus ſtantes ante Tronum, amicti ſtolis albis, & c.* qui omnes, ſicut & cæteri, neceſſariò ſaluabuntur, libero ſemper eorum arbitrio integro permanente. Ad Ro. 8. Cap. 7.

De primis, & de iſtis ſecundis poteſt intelligi illud Domini Saluatoris: *Omnes capilli capitis veſtri numerati ſunt*: ideſt, Omnes electi, & prædeſtinati ſaluandi, capitis Eccleſię, ſcilicèt Mat. 10.

Chriſti;

Digitized by Google

Chriſti; ſunt in certo, & determinato numero, ſoli Deo cognito; licèt nobis incognito. Secundum quod in loco p: ſalle-gato Apocalypſis dicitur, de turba illa electorum ſaluandorum, & prędeſtinatorum, quòd *Nemo dinumerare illam poterat:* & de quolibet omnium iſtorum, poteſt intelligi; *Capillus de capite veſtro non peribit*, ideſt: Nullus Chriſti prędeſtinatus, à Deo Patre ſibi datus per ęternam prædeſtinationem, peribit; quinimò ſaluabitur. Alibi contrà opinionem iſtius Doctoris fortaſſè dicemus. Pro nunc iſta ſufficiant.

Luc. 21:

De definitione, Quid nominis, & ab effectibus prædeſtinationis.

HIs hucuſq; declaratis de nomine prædeſtinationis, atq; prouidentiæ: quomodò quoq; differat prædeſtinatio à prouidentia, quę valdè conferunt, & conducunt cognitioni definitionis, Quid nominis ipſius; Superest, vt immediatè ad ipſam accedamus: qua habita, in proxima, & vltima erimus diſpoſitione ad definitionem Quid rei, & eſſentialem.

Sciendum eſt, tripliciter deſcribi prædeſtinationem à Diuo Auguſtino, diuerſis reſpectibus, & diuerſimodè conſideratã. Si conſideratur, vt Dei reſpicit bonitatem; ſic eam deſcribit in libro de prędeſtinatione ſanctorum: Eſſe propoſitum miſerendi; & debet intelligi eſſe propoſitum bonę voluntatis Dei, dandi ſcilicèt vitam ęternam. Vndè miſericordia, aliquando capitur largè pro liberalitate, & libertate; quęmadmodum accipitur in illa Pauli authoritate ad Rom. *Cui vult miſeretur:* vbi Gloſa ait; miſericorditer vitam ęternam largitur: & ſic capitur in iſta deſcriptione; prędeſtinatio enim non habet pro obiecto malum, ſed bonum glorię conferendum, & quod finaliter firmiter confertur.

Liberalis largitio ef fectus eſt miſericordiæ.

Rom. 9.

Secundò, ſi conſideratur inquantùm reſpicit Dei ſcientiam diſponentem; ſic declaratur ab eodem in libro de bono perſeuerantię: Eſſe pręſcientiam beneficiorum Dei; & debet intelligi

telligi

telligi eſſe præſcientiam concomitanter, & pręſuppoſitiuè, quia ſciens prædeſtinauit, vt ſcriptum eſt: *Nouit Dominus, qui ſunt eius*: & alibi; *Ego ſcio quos elegerim*; ſcilicèt in ęterna prædeſtinatione. 2.Tim.2. Ioan.13.

Si tandèm reſpectu Dei potentię exequentis; idem Diuus Auguſtinus in libro de fide ad Petrum dicit: *Eſſe gratuitæ donationis præparationem*; ideſt pręordinationem alicuius creaturæ intellectualis, vel rationalis ad Gloriam, factam à Diuina voluntate: De qua gloria Iſaias ait; *Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe*: Et hoc dicitur quantùm ad pręparationem. Secundariò, in iſta deſcriptione dicitur gratuitæ donationis; quia gratia, & donatio gratis dantur, & non ex meritis; alioquin non eſſent gratia, & donatio, ſed debitum: & ſic per ſecundam iſtam particulam non ſolùm gloriam, ſed etiam alia media & auxilia ad ipſam debemus intelligere. Eſa.64. & Pau. 2. 2. ad Corin.

Habitis his deſcriptionibus, Quid nominis, & ab effectibus prædeſtinationis: Pro ampliori declaratione ſciendum eſt; quòd licèt, propoſitum, Electio, & Prędeſtinatio in Deo, idem realiter, & eſſentialiter ſint; diſtinguuntur tamen ratione, & formaliter, inquantũ habent diuerſas deſcriptiones, & conceptibilitates. Propoſitum enim, nil aliud eſt, quàm velle aliquid facere: Vndè ille proponit, qui firmiter aliquid vult facere. Electio autem aliquid vltrà addit, inquãtùm vult propoſitum, cum aliqua diſtinctione; ſcilicet diſtinguendo illud contrà ſuũ oppoſitum; & ſic addit ſegregationem, ſecundum illud Pauli: *Qui me ſegregauit ex vtero Matris meæ*; ideſt, à ventre ſanctę pręd eſtinationis, per gratiam ſuam eligendo me à non prędeſtinatis. Si enim vellet Deus omnes beatificare, diceretur propoſitum tantùm, non autem electio. Galat.1.

Prædeſtinatio vlteriùs dicit, & importat pręd eſtinantem aliquid firmitèr, & efficacitèr velle facere, & cum hoc denotat ſegregationem; & tertio connotat gloriam æternam.

Prætereà obſeruandum, quòd propter realem identitatem iſtorum trium, Diuina ſcriptura, atq; Doctores, aliquandò vtuntur vno nomine, pro alio; ſicut Diuus Paulus vtitur, quan-

dò

Digitized by Google

dò ad Rom. ſic ſcribit: *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, his, qui ſecundum propoſitum*: Gloſa ait, ſecundum prędeſtinationem, *Vocati ſunt ſancti*.

MYST.

Non putaram ſubiectum hoc prędeſtinationis tantę eſſe difficultatis, neq; tanta oportere ad eius intelligentiam declarare; Immò nec tot dubia poſſe ex eius declaratione inſurgere, quę mentem meam valdè vexarunt. Vndè ſi illa tibi manifeſtaſſem, nimis impedimento tuę declarationi fuiſſem.

MAGIST.

Si ad dubia ex hac materia inſurgentia voluerimus reſpicere; ſimilem eam Hydræ ſerpenti multorum capitum dixerimus; cuius cum ab Hercule ferro aliqua amputarentur ſtatim duplicata renaſcebantur. Tandèm verò, vt victoriam obtineret, ſagittis illam confodit, & igne combuſſit. Sic ex multis ſcripturarum diuinarum, & doctorum ſententijs, & opinionibus dubia oriri poſſunt multa in hoc (vt ità loquar) quaſi inextricabili labyrintho prędeſtinationis: Nàm vno dubio ſoluto, ſtatim inſurgit aliud. Vt ergo victores, & appræhenſores ſaltèm efficiamur, (licet non comprehenſores illius) ſagittis, ideſt Patrum ſententijs benè declaratis, atque intellectis, illam confodiamus, & igne diuini amoris comburamus: nàm & ipſe Dei amor præcipua eſt cauſa prędeſtinationis, vt Deo dante, videbimus.

Ad intentum igitur, & directũ opus redeuntes; antequàm ad Quid rei definitionem deueniamus; pro clariori intelligentia pręſtabit videre: quomodò ſe habeat prędeſtinatio ad electionem, & dilectionem ipſam prędecedentes; atq; ad gratiam, & gloriam conſequentes.

In primis ad hoc dicendum: prędeſtinationem pręſupponere electionem, atq; dilectionem, non tempore, ſed ratione tantùm; Electio verò pręſupponit dilectionem. Deus enim nunquàm aliquem prędeſtinaret, niſi vellet eius ſalutem, ad quam pertinet electio, & dilectio. Dilectio ad prędeſtinationem pertinet, inquantùm vult prędeſtinato bonum ſalutis ęternæ; nàm diligere aliquem, eſt velle ei bonum. Electio ſimilitèr ad

prędе-

Digitized by Google

prædeſtinationem pertinet; quia hoc bonum, quod vult per dilectionem, vult aliquibus, præ alijs, ab hac dilectione, & electione excluſis, vt poſtea dicetur.

Animaduertendum autem, dilectionem, & electionem ſe aliter habere in Deo, & in nobis; quia voluntas noſtra diligẽs aliquem non cauſat in eo bonum, quo talis diligatur; ſed ex bono exiſtente in re dilecta excitatur ad diligendum: & ideò eligimus antequàm diligamus; & ſic electio pręcedit dilectionem in nobis. In Deo autem e conuerſo; nàm, cum Deus aliquem diligit, cauſat per dilectionem in eo bonum, quod vult præ alijs à dilecto habeatur; & ſic in Deo dilectio antecedit electionem, & electio prędeſtinationem, ſecundum rationem. Vndè omnes prędeſtinati ſunt electi, & dilecti, iuxtà illud D. Pauli ad Epheſios: *Elegit nos in ipſo antè mundi conſtitutionẽ, vt eſſemus ſancti, & immaculati, &c.* Cap. 1. & Coloſ. 1.

Duo etiam ſequuntur in prædeſtinatione; ſcilicèt conſecutio finis, quæ eſt glorificatio, & collatio auxilij ad ipſum finem conſequendum: quæ collatio, eſt gratiæ appoſitio pertinens ad vocationem. Vndè prędeſtinationi duo aſſignantur effectus, ſcilicèt gratia, & gloria; Vndè & bene Pſalm. 83. *Gratiam, & Gloriam dabit Dominus.*

Quandò de aliqua re, nota ſunt antecedentia, & ſequentia; tunc perfectè cognoſcitur illa res; cuiuſmodi erit de prædeſtinatione poſt iſtorum notitiam.

MYST.

POSTQVAM, doctè Magiſter, oſtendiſti quæ pręcedũt, & quę ſequuntur in prędeſtinatione, tanquàm de illius eſſentia; antequàm ad eius formalem, ac quidditatiuam definitionem deueniamus, ſcire vellem; Quiſnàm poſſit, & cui ſolùm competat prędeſtinare.

MAGIST.

Quis prædeſtinare poſſit.

QVIA non ineptè, nec indecentèr interponis velle tuum iſtud; interpono & ego velle, & poſſe meum ad hoc; & aſſertiuè (tanquàm fidei articulum) dico, ſoli Deo (cui honor, & gloria) competere prędeſtinare; vti ſoli, & proprio prędeſtinationis authori. Omnia enim diuinę prouidentiæ ſubiacent; ſed ad prouidentiam conuenit res in finem ordinare, ac dirigere, vt dictum eſt.

Finis autem, ad quem createç res ordinantur, duplex eſt; vnus, & primus, qui non excedit naturę vires, & poſſe; ſed eſt ei proportionatus, quem res creatæ poſſunt aſſequi naturalibus viribus ſuis, niſi extrinſecè violenter, & contrà naturam impediantur: ſicut homo poteſt ratiocinari, ignis calefacere, grauia deſcendere, & leuia aſcendere, & ſic de alijs, ad ſuos naturales fines. Et ad hunc finem aſſequendum, non opus eſt auxilio aliquo ſpeciali ſupranaturam iuuante.

Alius finis, & ſecundus, eſt excedens proportionem naturę, ſimiliter & omnem eius facultatem: & hic eſt Beata ęterna vita, quę in clara ſummi Dei viſione, fruitione, ac ſecura tentione conſiſtit, quę eſt ſuper omnem vim, & naturale poſſe abſolutum creaturę: Et ideò neceſſe eſt, vt ad hunc finem ab alio tranſmittatur, veluti (& ſi non omninò) ſagitta à ſagittante ad ſignum, ad quod per ſe nullatenus poterat peruenire. Vndè, cum ſolus Deus queat vitam ęternam pręſtare, iuxtà illud in Ioanne ſcriptum: *Ego vitam æternam do eis*; Ideò ſo-
Cap. 10. lus Deus poteſt ad illum beatum vitę ęternę finem, quos vult, prędeſtinare. Et ad hoc faciunt omnia illa D. Pauli ad Rom. 8. cap. *Quos præſciuit* (ſcilicet Deus) *& prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus, &c.*

Quis

Quis poſſit prædeſtinari.

LIcet, quaſi accidentaliter, ſuprà tactum ſit, quinam poſſint prędeſtinari, ſiuè cui paſſiuè conueniat prędeſtinatio; attamen, cum hìc ſit pertractatum de actiua prędeſtinatione; decens eſt etiam de illo, cui prędeſtinatio conuenit, pertractare per ſe: ſunt enim correlatiua prędeſtinare, & prędeſtinari, quę per ſe cognoſcuntur, ſicuti per ſe definiuntur.

Obſeruandum ergò eſt, quòd eorum, quę Deus fecit, quędam incapacia ſunt beatę ęternę vitę, reſpectu quorum non eſt ſimiliter prędeſtinatio actiuè, nec paſſiuè; ſicut omnes creaturę irrationales, quia carent ratione, & intellectuali cognitione, qua mediante vita ęterna hauritur. Vt Dominus Ieſus Ioannis 17. ait: *Hæc eſt vita æterna; vt cognoſcant te Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum*: Ideò nullo modo his competit prędeſtinari, & multo minus prędeſtinare. Quędam autem prędita ſunt ratione, & intellectuali cognitione; & ob hoc, vitę ęternę capacia; quę in duplici differentia ſunt: nam quędam nunquam miſera fuere per peccatum aliquod; ſicut ſancti Angeli, qui debitam conuerſionem à principio ſuę creationis Deo fecerunt, cognoſcentes illum ſuum Creatorem, & Dominum, adorantes eum, ac illi obedientes; vndè in gratia, & gloria ſtabiliti. His ergò competit prędeſtinari. Aut aliquandò fuere per peccatum miſera (quia miſeros facit peccatum) vt homines; & quilibet purus homo vtriuſq; ſexus peccator eſt, ſaltem originali peccato, vnde, & miſer: Pſalmiſta hoc atteſtante ſic: *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: & in peccatis concepit me mater mea, &c.* Diuus Auguſt. *Nemo mundus à ſorde, nec infans, cuius vnius diei eſt vita ſuper terram*. Igitur his competit prędeſtinari; cùm ratione intellectualitatis, ſeù rationis, cui conuenit dilectio, & cognitio Dei, & per conſequens beatitudo, reſpectu cuius eſt directè prędeſtinatio; tùm ratione miſerię peccati hominis, quę opponitur beatitudini.

Ioan. 17.

Pſal. 50.

Diximus etiam quomodò principaliter conuenit Chriſto

Dei, & Virginis filio, tanquàm prędeſtinatorum capiti.

Deus autèm glorioſus nullo modo eſt prędeſtinabilis; quia quicquid prędeſtinatur, liberè, & contingenter beatificatur; Deus autèm neceſſariò, & in ſeipſo, & à ſeipſo eſt perfectè beatus: ergò nequit prędeſtinari.

MYST.

Miror quarè irrationales creaturę prędeſtinari nequeant, cum videantur, & poſſe beatificari: nam, vt audiui, potuiſſent aſſumi ad Diuini Verbi hypoſtaticam vnionem: ſi ſic, & beatificari; quia vnitę obiecto beatificanti, ſcilicet Diuinę eſſentię ratione hypoſtaticę vnionis ad Diuinum verbum; conſequentèr ergò, & prędeſtinari. Nam cui competit finis, videntur etiam, & antecedentia media ad illum finem competere; cuiuſmodi hic eſt prędeſtinatio ad beatitudinem. Quid Reuerende Magiſter reſpondes?

MAGIST.

Reſpondeo, quòd quamuis Diuinum Verbum ad hypoſtaticam ſui vnionem potuiſſet aſſumere irrationalem creaturam, cum omnia ſint Deo in potentia obedientiali, quemadmodum de facto aſſumpſit hominem; non tamen beata eſſet, nec potuiſſet propriè beatificari, beatitudine propriè dicta (de qua ſuperius) ſic nec prędeſtinari; quia cui non competit finis, nec illi conueniunt media ad illum finem ordinata, vt eſt prędeſtinatio: benè fuiſſet ordinata, & potuiſſet ordinari ad illam hypoſtaticam vnionem, ratione cuius fuiſſet impropriè fœlix, & beata, quia coniuncta ſuo primo principio, & creatori; quemadmodum dicere ſolemus localia, & Monilia fœlicia pendentia ad collum, ſiuè ad aures pulcherrimę Imperatricis, vel Reginę.

Potentia obedientialis creaturæ eſt idoneitas, habilitas, & diſpoſitio paſſiua in ipſa; ſecundùm quam poteſt Deus creator facere de ipſa quidqd vult.

Vndè ad beatitudinem propriè dictam non ſufficit vniri, ſeù coniungi Diuinitati, abſque ratione, & intellectu, à quibus incipit clara Dei viſio, cui, & per voluntatis amorem ſequitur perfecta Dei fruitio, ac completa beatitudo.

Poſt hęc omnia, ordo, locus, & tempus poſtulant accedere ad Quid rei, ſiuè ad quidditatiuam, & eſſentialem prędeſtinationis definitionem.

Quid

Digitized by Google

Quid Prædeſtinatio ſecundum eſſentiale ſuum eſſe.

IN primis ſciendum eſt prędeſtinationem ex parte prædeſtinantis ſignificare, & importare collationem alicuius magni boni; & ex parte prædeſtinati indigentiam eiuſdem boni, ſinè quo haud benè eſſe poteſt prædeſtinatis. Indiget reuerà rationalis creatura, cùm de ſe ſit miſera, & infœlix, vt in præſenti vita à Deo, qui eſt ſummum bonum, ſibi de ſua beatitudine prouideatur: Sed, quia in prouidente, prouidentia neceſſitatem non ponit, oportet ſecundò, vt bonum ab ipſo promiſum proponatur; & tertiò, quia propoſitum non ſufficit, neceſſariò conuenit, vt in præſenti vita præparetur, & in futura conferatur. Iſtis ſic habitis, creatura rationalis erit beata. Iuxtà hos modos à B. Auguſtino datæ ſunt definitiones ſuperius aſſignatæ, quæ ſunt à poſterioribus, & ab effectibus prędeſtinationis acceptæ.

Atquè vt clarius, Quid rei, & eſſentialem prędeſtinationis definitionem ſciamus, conducet in primis conſiderare, Quid ſcientia, Quid pręſcientia, & prouidentia ſint.

Quò ergò ad primum, animaduerſione dignum erit, ſcire; quòd iſte terminus, ſiuè dictio ſcientia, nō vniuocè, nec ſimpliciter æquiuocè, ſed analogicè dicitur de Dei ſcientia, & noſtra; cùm rationes, ſecundum quas de noſtra prædicatur, Diuinæ non conueniant ſcientiæ. Idem dicendum de definitionibus ſcientię noſtrę conuenientibus. Dixi non ſimpliciter æquiuocè prędicari de Dei, & noſtra ſcientia, ſed analogicè; cum vtraque cognitio, Dei ſcilicèt, & noſtra, ab ipſa certitudine dicatur ſcientia. Quoniam verò certitudo hæc, & ſcientia per prius in Deo eſt, quàm in nobis, vt ille prius eſt omni creatura; ideò ſcientia illa analogicè de illa Dei, & noſtra ſcientia dicitur. Immò, ſicut creatura ab ipſo dependet Deo, ſic & creaturæ rationalis, atq; intellectualis ſcientia à Dei ſcientia dependet, quæ eſt ipſius analogi altera conditio: perfectius etiam prędicatur de illa, quam de noſtra; cum ipſa diuina ſcientia

Digitized by Google

tia tranſcendat prædicamentorum limites, ratione infinitatis, & immenſitatis; noſtra autèm ratione finitatis, & limitationis, limitibus clauditur prædicamentorum. Quò autem ad noſtrum intelligendi modum, termini quoque ſignificationem à creaturæ cognitione acceptam; quia omnis noſter naturalis cognoſcendi modus ortum habet à ſenſibus: Ideò per prius de noſtra ſcientia dicitur, & prędicatur, quoniam certam cognitionem prius habemus de creatura, quàm de Dei ſcientia.

Magna vlterius eſt differentia inter noſtram, & Dei ſcientiam; quia noſtra à rebus dependet, quòad eſſe, & conſeruari; ex cognoſcente, & cognito (certè) paritur notitia; ſcibili quoquè corrupto, ſcientia etiam corrumpitur; pręſertim quandò non tantùm ſcibile, ſiuè obiectum ſcitum corruptum eſt, ſed & eius ſenſibilis ſpecies in phātaſmate, ac memoria corrupta eſt.

Sed Dei Benedicti ſcientia nullo pacto à rebus dependet; imò e contrà ratio eſt, qua voluntate adiecta, res omnes ad extrà producit. Verùm eſt, quòd ratio formalis producendi attribui debet voluntati, tanquàm eligenti, diſponenti, & exequenti ea, quę intellectus ſua ſcientia pręconcepit: præſuppoſitiuè autem, & concomitanter attribuitur Dei præſcientię. Noſtra prætereà à Dei ſcientia differt; quia noſtra eſt habitus per demonſtrationem acquiſitus, & accidens, cùm in qualitatis prędicamento ponatur.

Scientia verò Dei non eſt talis habitus, nèc accidens; eò quia in Deo maximam diceret imperfectionem; cum iſte habitus ſit diſcurſus à noto ad ignotum; nihil autèm Deo eſt ignotum, *Quia omnia nuda, & aperta ſunt oculis eius, nec*
Heb. 4. *eſt creatura aliqua inuiſibilis in conſpectu eius*: Inquit Paulus, ad Hębr. 4. Attamen inquit Scotus noſter; quòd, licèt Dei ſcientia non ſit habitus, & qualitas: tenet tamen locum habitus; cum de Deo prædicetur per modum qualitatis, ſicut, & cętera omnia attributa; nàm cum Deus ſit ſapientia ſapiens, ſicuti & bonitate bonus, & ſic de ſingulis attributis; ſic, & de Deo ipſa attributa prædicantur per modum qualitatis. Nàm cum ad interrogationem ſapientię, & bonitatis Dei

inter-

Digitized by Google

nterrogamus, qualis eſt Deus? Reſpondetur, Sapiens, Bonus, & ſic de ſingulis attributis. Si vltrà, ſcientia in Deo eſſet habitus, & qualitas, poneret compoſitionem ex actu, & potentia; cum habitus ſcientificus habeatur per diſcurſum, & diſcurſus quodammodò eſt in actu reſpectu cogniti, & in potentia reſpectu ignoti, quod poſtea cognoſcit. Poneret ſimiliter compoſitionem ex cauſa, & cauſato; quia in diſcurſu res cognita modo quodam eſt cauſa cognitionis, quæ poſt acquiritur: quæ omnia dicere de Deo abſurdiſſimum eſſet. Nec ſcientia illa dici poteſt accidens; vti noſtra ſcientia; cum ſcientia Dei idem ſit realiter, & eſſentialiter omninò cum ipſo Deo, qui eſt ſubſtantia, & infinitę ſubſtantię pelagus; in quò, propter maximam ſuam perfectionē, eidem omnia vnica realitate identificantur eſſentialiter.

Vlteriùs, noſtra ſcientia ſuſcipit magis, & minus; intenſionem, & remiſſionem: illa autem Dei nec magis, nec minus ſuſcipit aliquo modò, nec intenſionem, vel remiſſionem, cùm perfectiori, vel imperfectiori modò nequeat ſcire, quàm de facto æternaliter ſcit. Neque preterea Dei ſcientia dici poteſt ſcientia quia eſt, vel propter quid; ſicut de noſtra Ariſtot. loquitur 6. Metaph. & primo Poſter. Quia ſcientię noſtrę ſupponũt acquiſitum eſſe ex effectibus, vt illa, quia eſt; vel ex cauſis, vti ſcientia propter quid eſt: quorum nihil Dei ſcientię conuenit, cùm nil præſupponat à quo fiat, vel mediante quo fiat, niſi diuinum intellectum habentem diuinam eſſentiam, vt obiectũ motiuum, & terminatiuum primò, & principaliter ipſius intellectus, & quaſi rerum ideas ſecundariò: Tum etiam, quia Dei ſcientia, eſt ipſemet Deus, realiter, & eſſentialiter, qui compoſitionem non recipit, & à nullo dependet, nec mediante alio eſt; vndè nec eius ſcientia.

Finaliter, Dei ſcientia certa, & ſtabilis eſt, ratione omnis perfectionis in ipſo eminentiſſimè exiſtentis; & quia à ſe falli non poteſt, neq; ab alio extrà ſe, cum ipſe omnia in agendo dirigat.

Cum ergò à rebus non dependeat, vt dictum eſt: immò ipſa ſit rerum cauſa; & effectus primam cauſam mutare ne-

queant;

Digitized by Google

nequeant, ſequitur, quòd immutabilis ſit. Noſtra autem è contrà, ſcilicet fallibilis, mutabilis, & incerta, quia à rebus, & ſenſibus mutabilibus dependet, & à quibus perſæpè decipitur.

Quid Dei ſciẽtia ſit.


Scientia ergò Dei eſt certa, clara, atque euidens notitia intellectiua, qua ab ęterno ſicut nunc, & nunc ſicut ab æterno cognoſcit, & cognouit omnia pręſentia, præterita, ac futura; vt omnes Theologi, & Sapientes conueniunt, & confirmant.

Et ratio; quarè ab ęterno ſicut nunc, & nunc ſicut ab ęterno cognoſcit, cognouit, & cognoſcet res pręteritas, pręſentes, ac futuras, ſecundum omnem temporis differentiam; ratio (inquam) eſt; quia illud nunc ſiue inſtans æternitatis, in quo cognoſcit, eſt permanens, & ſemper pręſens in ſe, & etiam omnibus temporis differentijs; vndè, quia ęternum coexiſtit pręterito, pręſenti, ac futuro, ſequitur, quòd reſpectu Dei propriè non debet dici aliquod pręteritum, vel futurum, cui ſunt omnia pręſentia: Et, licèt aliquandò apud Deum dicatur pręteritum, vel futurum; verum eſt, inquantùm illud pręteritum, vel futurum cõſideratur in ordine ad creaturam, quę facta fuit, vel fiet in tempore.

Solent Sapientes, vt aliqualitèr percipiamus hęc de nunc æternitatis ſemper pręſentis, & coexiſtentis noſtris diuerſis temporibus, abſque vlla ſui mutatione; imaginari hoc nùnc, ſiuè inſtans æternitatis, eſſe in æternitate, veluti punctus in centro ſpherę; tempus autem fluens, ſit ſola circumferentia; quanuis in reuolutione ſpherę, partes circumferentię inter ſe aliter, & aliter ſe habeant, quia quędam pręcedunt, & alię ſequuntur; omnes tamen centro, ſiuè puncto centri ſunt ſemper pręſentes. Sic & omnes temporis partes pręſentes ſunt puncto ęternitatis. Ex quo apparent verba Scoti in primo ſenten. diſtinct. 1. quęſt. vnica, eſſe omni veritate plena, quando inquit: *Cùm illud nunc æternitatis verè coexiſtat cuilibet temporis differentiæ, verè dicimus de Deo differentias omnium temporum*: Et vltrà inquit: *Cùm verba iſtorum temporum de Deo dicantur, propriè dicuntur ſignificare, immò magis propriè conſignificare*:

Nùnc

Nunc æternitatis, quàm temporum differentias. Non tamen illud nunc abſolutè, quia tunc non eſſet variatio diuerſorum modorum temporis ſignificandi; ſed inquantùm coexiſtit partibus temporis. Vt, cum dicitur Deus genuit filium, ſignificatur nunc æternitatis; vt ſit ſenſus, Deus habet actum generationis in nunc æternitatis, inquantùm illud, nunc, coexiſtit præterito. Deus generat, hoc eſt habet actum generationis in nunc æternitatis, inquantùm illud, nunc, coexiſtit prǫſenti; & ſic de futuro dicendum.



MYST.

Reuerende Præceptor, liceat mihi aliqua interponere verba ad propoſitum declarationis Scoti.

MAGIST.

Libenter aſſentior, quod vis, loquere.

MYST.

Iuxtà iſtam declarationem Scoti de prædeſtinatione, fortè dicere poterimus; Deus prędeſtinauit, Deus prædeſtinat, ac prædeſtinabit.

MAGIST.

Reuerà ſic dicere poſſumus, Deus prædeſtinauit; & eſt ſenſus, Deus habet actum prędeſtinationis in nunc æternitatis, inquantùm illud nunc coexiſtit prętetito: Deus prędeſtinat;

hoc eſt, habet actum prędeſtinationis in nunc æternitatis, inquantùm illud nunc coexiſtit præſenti: Deus prędeſtinabit: ideſt, habet prędeſtinationis actum in nunc æternitatis, ſecundùm quòd illud ęternitatis nunc, ſiuè inſtans coexiſtit futuro.

M Y S T.

Circa exemplum datum de centro, ſiuè de puncto centri, & circumferentia ſpherę, applicando centrum ad nunc æternitatis, & circumferentiã ad totum tempus, ſcilicèt pręteritum, præſens, & futurum: Oritur dubium; quomodo, poſſit ad propoſitum valere; cum tempus habeat eſſe in fluxu, & fieri, ac de ipſo tempore non habeamus niſi nunc pręſens; enimuerò, quòd præteritum eſt, erat, & amplius non eſt. Similitèr licet futurum aliquid erit; attamen dùm futurum eſt, nihil eſt; & quando erit, de ipſo erit tantùm præſens inſtans, & nunc. Quod ergo nihil eſt, quemadmodum pręteritum, & futurum tempus, nulli enti poteſt coexiſtere, & pręſens eſſe; & ſic ęternitati non coexiſtunt, nec ſunt pręſentia. Sic, & econuerſò, nunc ęternitatis nequit coexiſtere, & pręſens eſſe pręterito, & futuro tempori. Valeret, iudicio meo, exemplum; quandò partes temporis, pręteritum ſcilicet, & futurum haberent permanens eſſe, ſicut habent omnes partes circumferentię circuli: Quomodo ergò ſoluis dubium iſtud?

M A G I S T.

Huiuſmodi obiectio eſt Scoti in 1. ſenten. diſtinct. 39. quęſt. vnica, vbi ſic reſpondet, ac ſoluit, & benè; aſſerendo, quòd quemadmodum Dei immenſitas eſt pręſens cuilibet loco actuali, & qui realiter actu exiſtit, atque tantùm complectitur omnem actualem locum: non autem potentialem; cùm nihil ſit realiter locus potentialis, & ens in potentia tantùm obiectiua.

Sic & eius æternitas, propter ſuam infinitatem, præſens erit tantùm tempori exiſtenti, ſcilicet præſenti; non autem præterito, & futuro: tamen quantùm eſt ex parte ſua, poteſt præſens eſſe omnibus partibus temporis, ſi darētur omnes actu exiſtentes; & ſi per impoſſibile daretur de facto totum tempus eſſe ſimul ſtans, totum eſſet pręſens æternitati, vt tota circumferentia

ferentia centro. Omnia tamen ſunt Deo præſentia in ratione cognoſcibili; & non tantùm cognoſcibili cognitione abſtractiua; ſicuti Roſa non exiſtens, præſens eſt intellectui noſtro, dùm per eius ſpeciem intelligibilem eam cognoſcimus; ſed cognitione intuitiua intuendo eius propriam eſſentiam, in qua relucent æternę Ideæ creaturarũ omnium, tàm pręteritarũ, quàm pręſentium, & futurarum; & non aliter cognoſcit facta, quàm fienda; & ità perfectè ſunt pręſentialiter cognita ab intellectu Diuino fienda, ſicut facta.

MYST.

Intellectui meo, & credo cuilibet benè diſpoſito ſatisfeciſti: procede, vt à ſcientia Dei ad pręſcientiam illius venias.

MAGIST.

Procedo, & dico; quòd huic Dei ſcientię addendo (quemadmodùm Theologi ordine prępoſtero addunt) hanc pręppoſitionem præ, inde pręſcientia dicitur; quę pręſcientia, ſecundum Theologos, nil aliud, vltrà ſcientiam, refert; quàm anteceſſionem ſcientię reſpectu rei ſcitę. Ex quo ſequitur idem eſſe pręſcientiam, quod futurorum ſcientiam; & pręſcire, erit futurum ſcire; ac iuxtà nominis interpręationem, eſt rem ſcire antequàm fiat, & eam ſuo tempore futuram.

In duas poſteà pręſcientia iſta diſtinguitur partes; ſcilicet, reſpectu bonorum, & reſpectu malorum: Præſcientia reſpectu bonorum, approbatio nuncupatur; alia reſpectu malorum, reprobatio. De approbatione ſic loquitur Pſalm. *Nouit Dominus viam iuſtorum*; ideſt, approbat vitam iuſtorum. De reprobatione ita legitur Matth. 25. *Neſcio vos*, ideſt: facinora veſtra non approbo. Et illud Iſaiæ: *Quarè ieiunauimus, & non aſpexiſti? Humiliauimus animas noſtras, & neſciſti?* ſcilicet approbando:

Psal. 1.

Iſaiæ 58.

Pręter hanc, eſt etiam in Deo prouidentia, de qua ſumus locuti; quę eſt rerum ordinabilium in finem pręcognitio, tàm naturalium; & vltrà de rebus faciendis, & gubernandis, ſeruans ordinem, remouenſq; omnem deordinationem; quę prouidentia includit ſcientiam, & pręſcientiam, tantùm addens illis ordinem quendam, & pręparationem ad finem.

Aliqui Antiquorum Philoſophorũ iſtam Dei prouidentiam moliti ſunt deſtruere: vt Lactantius Firmianus, primo diuinarum inſtitutionum libro, capit. 2. teſtatur; immò ibi primos huius peſſimi erroris inuentores aſſerit fuiſſe Democritum, deindè Epicurum; ſed anteà Protagoram, qui Deos in dubium vocauit; & poſteà Diagoram, qui Deos excluſit. Fuere & alij nonnulli, putantes Deos non eſſe: Omnia, dicebant iſti, facta eſſe fortuitò, & caſu; ſic & regi.

Inter aſſerentes, & teſtantes Deos eſſe, diuerſimodè nõnulli de Dei prouidentia loquebantur; quia quidam aiebant primam cauſam, ac Deum eſſe in Cœlis curantem, & regentem tantummodò cœleſtia, non autèm ſublunaria iſta noſtra: vana eorum ratio erat; quia diuinus intellectus vileſceret, ſi noſtra curaret, & horum prouidentiam haberet. In quorum perſona Iob loquitur ſic: *Circa cardines cœli perambulat, nec noſtra conſiderat.* Sed reuerà toto cœlo aberrabant; quia putabant diuinum intellectum moueri ab obiectis extrà ſe ad intelligendum; quemadmodum mouetur noſter. Ipſe enim Diuinus intellectus tantùm ab eſſentia diuina mouetur, tanquàm ab adæquato obiecto ſuo: & ità intrà ſe intelligit omnia alia etiam extrà ſe. Sic & diuina voluntas, quæ fertur ſuo velle, niſi in præcognitum ab intellectu; & mediantibus ijs, quæ intrà ſunt, vult ea, quæ extrà eſſentiam diuinam ſunt fienda, mediantibus rerum ideis. Sicùt Architector, à domo intrà ſe, vult, & facit domum extrà ſe.

Cap. 21.

Erroneam iſtam ſuam opinionem firmabant ſenſibili exemplo, hoc modo: Si Imperator, vel Rex magnus aliquis curam, & regimen gregum haberet, nonnè maximum id eſſet ei dedecus? Sic multò plus ipſi Deo, ſi corruptibilium ſublunarium rerum iſtarum prouidentiam, ac regimen haberet. Quibus reſpondetur; quòd de facto iſtorum vileſceret intellectus, ac maximum eis eſſet dedecus; quia mouerentur ad intelligendum, & prouidendum à vilibus illis obiectis: ſed intelligerent, vellent, ac prouiderent intrà ſe intellectu, & voluntate, nõ motis à vilibus illis obiectis; tunc eſſet eis maximus honor, & gloria.

Aliqui

Aliqui aliquantulum ſapientiores, ob pulcherrimum naturæ ordinem, quem perſpiciebant, aiebant; prouidentiam habere naturalium rerum, non autem humanarum; nè liberi noſtri arbitrij libertatem offenderent, ac deſtruerent.

Alij vltrà hæc, aſſerebant; etiam humanarum rerum prouidentiam habere: ſed cùm obiecta illis illata neſcirent ſoluere perplexi, ac frenetici, & amentes remanebant, quaſi quò ſe verterent neſcientes. Hos egregiè confutat Ariſtot. Phiſicorum 2. tex. 48. apertèque, & clarè Dei prouidentiam aſſerit; præcipuè 12. Metaph. propè finem. Similitèr Plato de legibus libro 10. & ſuprà iſtos omnes, Cicero in lib. de Nat. Deorum; prouidentiam Dei tuetur, contrà negantes eam.

Boetius prouidentiam ſimiliter decantat lib 5. de conſolatione Phil.

Diuus Pater Ioannes Damaſcenus lib. 2. orthodoxæ fidei cap. 29. de illa pertractans, ſic eam deſcribit: *Prouidentia eſt Dei voluntas; per quam omnia, quæ ſunt, conuenientem ſuſcipiunt gubernationem.*

Aliqui dixere idem eſſe, quod, & fatum: & iſti quoq; errauerunt; quia, ſecundum Theol. ſi fatum eſt, & datur; eſt concurſus, & connexio ſecundarum cauſarum ad aliquem effectũ producendum ſimul concurrentium: cui tamèn connexioni, & concurſui non omnia ſubiacent; vt creatio, & beatificatio Angelorum, & hominum, quę à Deo immediatè ſunt. Liberi arbitrij quoq; velle, ac nolle, ſimiliter ſub fato non cadunt. At ſummi Dei prouidentię omnia ſubiecta ſunt.

Eſt vltimò conſiderandum, prędeſtinationem partem eſſe prouidentię ſcientiam, pręſcientiam, ac prouidentiam includẽtem, & quendam ſpecialem prouidentię modum ſuperaddentem; quia prouidentia omnes reſpicit creaturas; prędeſtinatio autem tantùm intellectualem, & rationalem creaturam reſpicit, vt in pręcedentibus tactum eſt.

His prænotatis, conſequentèr eſſentialis prędeſtinationis definitio ponitur; quę eſt ſubtiliſſimi Scoti in primo ſentent. diſtinct. 40. & in 3. diſt. 7. quęſt. 3. & ex eius dictis in his

prędi-

Digitized by Google

prędictis libris, & diſtinctionibus formatur completa, & iudicio meo vera, & perfecta eſſentialis prędeſtinationis definitio, quę ſic ſe habet.

Prædeſtinationis definitio.

PRædeſtinatio, eſt præordinatio intellectualis, & rationalis creaturę ad gloriam principaliter, & ad gratiam, & ad merita; ac ad quędam alia in ordine ad gloriam minùs principaliter, facta à Diuina voluntate.

Prima particula huius deſcriptionis eſt, prędordinatio facta à diuina voluntate; vbi prędordinatio locum habet generis, ſecundùm quòd præordinatio communis eſt ad omnem præordinationem, ſiuè directionem rei cuiuſcunque in proprium finem: quandò dicitur, facta à diuina voluntate; innuitur, prædeſtinationem formaliter eſſe actum diuinę voluntatis, per quem actum ordinat, ac deſtinat creaturas, intellectualem, & rationalem ad ſuum ſupernaturalem finem; ad quem licet ordinetur, ac deſtinetur; ipſa tamen intellectualis & rationalis creatura illum nequit virtute propria ſola conſequi: Sicut ſagitta non poteſt ad ſignum peruenire, niſi prius à ſagittante deſtinetur, ac traſmittatur. Ità nullus hominum, vel Angelorum poterit vitam æternam acquirere, ni fuerit anteà deſti-
Galat. 1. natus, & tractus à Deo. Vndè Ioannes 6. *Nemo venit ad me, niſi Pater meus, qui miſit me, traxerit eum.* Et ſponſa: *Trahe me, pòſt te.*

Obſeruandum, quòd licet vnico actu intellectus, ac voluntatis, Deus benedictus omnia æternaliter intellexerit, & voluerit, quæ voluit, ac ordinauit; nihilominus, ſecundum noſtrum cognoſcendi modum, obſeruare oportet aliqua inſtantia ordine quodam, ſecundùm prius, & poſterius, prout ſubtiliſſimus Scotus edocet:

Nàm in primo naturæ ſigno, ſiuè inſtanti, Deus glorioſus intelligit ſe, vt ſummum intelligibile. In ſecundo naturę ſigno pręuidit, & pręcognouit creaturas omnes intellectuales, ideſt,

id eſt, Angelos, & rationales, ſcilicet homines, & omnia irrationalia, quòad purum naturale eſſe, ſecundum quod diuina voluntas determinat res ſuo tempore fore; & in hoc ſigno pręuiſa eſt etiam filij Dei incarnatio. Sic, & ſecundum eius vniuerſalem prouidentiam dicendum eſt, omnia etiam pręordinare conſequenter ad proprios naturales fines. Enimuerò volens alicuius rei eſſe, de iure dicendum eſt, velle etiam explicitè, aut implicitè, vel interpretatiuè naturaliter conſequentia illud eſſe; inter quæ eſt proprius naturalis finis vniuſcuiuſque rei. Et quàmuis creaturarum intellectualium, & rationalium, hoc eſt Angelorum, ac hominum finis (inquantũ huiuſmodi, id eſt ſecundùm quòd per creationem ad imaginẽ, & ſimilitudinem Dei exiſtunt) ſupernaturalis ſit; dicendum eſt, vniuerſaliter omnes Angelos, & homines voluntate iſta antecedente, quantùm ex ſe, ac ex parte ſui, præordinaſſe ad beatum finem: Conſequenter etiam ad media ſufficientia ex ſe ad illum finem conſequendum: quoniàm agens per intellectum, & voluntatem, pòſt finem primò intentum, ſecundariò autem, ac conſequenter vult ſufficientia media ad illum; loquendo non tantùm de naturalibus medijs, & auxilijs, verùm & de gratuitis; vt ſunt, generalis vocatio, & gratia, quam cuiq; parato, & diſpoſito recipere offert, interna ad bonum inſpiratio. Nàm ſi Patres omnes, maximè ratione ducti, antequàm filios procreent, ac generent ſibi ſimiles in natura, naturali bonitate, atque amore ducti intrà ſe concipiunt, ac proponunt curam omniũ eorum gerere, & omnes volunt ſuorum bonorũ hęredes eſſe; nec vnquam præcogitat quis, ſe velle deſerere, occidere, vel exhęredare illorum quemquàm, præſertim abſq; rationabili cauſa; qua poſtea intercedente, pręter, & contrà ſuum intentum, ac voluntatem prædictam, tùnc iuxtà demeritum degenerantis, & delinquentis filij, vult exhęredare, & de facto exhęredat eum.

Si etiam poſt vniuerſalem amorem, & primam illam bonam voluntatem erga omnes, complaceret ſibi in vno; ac ſuper alios diligeret eum, & ob hoc vellet ad honorabiliorem, & glorioſiorem gradum, & finem peruenire, conferendo illi ſpecialia

tia tranſcendat prædicamentorum limites, ratione infinitatis & immenſitatis; noſtra autem ratione finitatis, & limitationis, limitibus clauditur prædicamentorum. Quò autem ad noſtrum intelligendi modum, termini quoque ſignificationem à creaturæ cognitione acceptam; quia omnis noſter naturalis cognoſcendi modus ortum habet à ſenſibus: Ideò per prius de noſtra ſcientia dicitur, & prędicatur, quoniam certam cognitionem prius habemus de creatura, quàm de Dei ſcientia.

Magna vlterius eſt differentia inter noſtram, & Dei ſcientiam; quia noſtra à rebus dependet, quòad eſſe, & conſeruari; ex cognoſcente, & cognito (certè) paritur notitia; ſcibili quoquè corrupto, ſcientia etiam corrumpitur; prę ſertim quandò non tantùm ſcibile, ſiuè obiectum ſcitum corruptum eſt, ſed & eius ſenſibilis ſpecies in phātaſmate, ac memoria corrupta eſt.

Sed Dei Benedicti ſcientia nullo pacto à rebus dependet; imò e contrà ratio eſt, qua voluntate adiecta, res omnes ad extrà producit. Verùm eſt, quòd ratio formalis producendi attribui debet voluntati, tanquàm eligenti, diſponenti, & exequenti ea, quę intellectus ſua ſcientia pręconcepit: præſuppoſitiuè autem, & concomitanter attribuitur Dei præſcientię. Noſtra præterea à Dei ſcientia differt; quia noſtra eſt habitus per demonſtrationem acquiſitus, & accidens, cùm in qualitatis prędicamento ponatur.

Scientia verò Dei non eſt talis habitus, nèc accidens; eò quia in Deo maximam diceret imperfectionem; cum iſte habitus ſit diſcurſus à noto ad ignotum; nihil autèm Deo eſt ignotum, *Quia omnia nuda, & aperta ſunt oculis eius, nec*
Heb.4. *eſt creatura aliqua inuiſibilis in conſpectu eius*: Inquit Paulus, ad Hębr. 4. Attamen inquit Scotus noſter; quòd, licèt Dei ſcientia non ſit habitus, & qualitas: tenet tamen locum habitus; cum de Deo prædicetur per modum qualitatis, ſicut, & cętera omnia attributa; nàm cum Deus ſit ſapientia ſapiens, ſicuti & bonitate bonus, & ſic de ſingulis attributis; ſic, & de Deo ipſa attributa prædicantur per modum qualitatis. Nàm cum ad interrogationem ſapientię, & bonitatis Dei

interr-

nterrogamus, qualis eſt Deus? Reſpondetur, Sapiens, Bonus, & ſic de ſingulis attributis. Si vltrà, ſcientia in Deo eſſet habitus, & qualitas, poneret compoſitionem ex actu, & potentia; cum habitus ſcientificus habeatur per diſcurſum, & diſcurſus quodammodò eſt in actu reſpectu cogniti, & in potentia reſpectu ignoti, quod poſtea cognoſcit. Poneret ſimiliter compoſitionem ex cauſa, & cauſato; quia in diſcurſu res cognita modo quodam eſt cauſa cognitionis, quæ poſt acquiritur: quæ omnia dicere de Deo abſurdiſſimum eſſet. Nec ſcintia illa dici poteſt accidens; vti noſtra ſcientia; cum ſcientia Dei idem ſit realiter, & eſſentialiter omninò cum ipſo Deo, qui eſt ſubſtantia, & infinitę ſubſtantię pelagus; in quò, propter maximam ſuam perfectionē, eidem omnia vnica realitate identificantur eſſentialiter.

Vlteriùs, noſtra ſcientia ſuſcipit magis, & minus; intenſionem, & remiſſionem: illa autem Dei nec magis, nec minus ſuſcipit aliquo modò, nec intenſionem, vel remiſſionem, cùm perfectiori, vel imperfectiori modò nequeat ſcire, quàm de facto æternaliter ſcit. Neque pręterea Dei ſcientia dici poteſt ſcientia quia eſt, vel propter quid; ſicut de noſtra Ariſtot. loquitur 6. Metaph. & primo Poſter. Quia ſcientię noſtrę ſuppoñūt acquiſitum eſſe ex effectibus, vt illa, quia eſt; vel ex cauſis, vti ſcientia propter quid eſt: quorum nihil Dei ſcientię conuenir, cùm nil præſupponat à quo fiat, vel mediante quo fiat, niſi diuinum intellectum habentem diuinam eſſentiam, vt obiectū motiuum, & terminatiuum primò, & principaliter ipſius intellectus, & quaſi rerum ideas ſecundariò: Tum etiam, quia Dei ſcientia, eſt ipſemet Deus, realiter, & eſſentialiter, qui compoſitionem non recipit, & à nullo dependet, nec mediante alio eſt; vndè nec eius ſcientia.

Finaliter, Dei ſcientia certa, & ſtabilis eſt, ratione omnis perfectionis in ipſo eminentiſſimè exiſtentis; & quia à ſe falli non poteſt, neq; ab alio extrà ſe, cum ipſe omnia in agendo dirigat.

Cum ergò à rebus non dependeat, vt dictum eſt: immò ipſa ſit rerum cauſa; & effectus primam cauſam mutare nequeant;

Digitized by Google

nequeant, ſequitur, quòd immutabilis ſit. Noſtra autem è contrà, ſcilicet fallibilis, mutabilis, & incerta, quia à rebus, & ſenſibus mutabilibus dependet, & à quibus perſæpè decipitur.

Quid Dei ſciẽtia ſit.


Scientia ergò Dei eſt certa, clara, atque euidens notitia intellectiua, qua ab ęterno ſicut nunc, & nunc ſicut ab æterno cognoſcit, & cognouit omnia pręſentia, præterita, ac futura; vt omnes Theologi, & Sapientes conueniunt, & confirmant.

Et ratio; quarè ab ęterno ſicut nunc, & nunc ſicut ab ęterno cognoſcit, cognouit, & cognoſcet res pręteritas, pręſentes, ac futuras, ſecundum omnem temporis differentiam; ratio (inquam) eſt; quia illud nunc ſiue inſtans æternitatis, in quo cognoſcit, eſt permanens, & ſemper pręſens in ſe, & etiam omnibus temporis differentijs; vndè, quia ęternum coexiſtit pręterito, pręſenti, ac futuro, ſequitur, quòd reſpectu Dei propriè non debet dici aliquod pręteritum, vel futurum, cui ſunt omnia pręſentia: Et, licèt aliquandò apud Deum dicatur pręteritum, vel futurum; verum eſt, inquantùm illud pręteritum, vel futurum cõſideratur in ordine ad creaturam, quę facta fuit, vel fiet in tempore.

Solent Sapientes, vt aliqualitèr percipiamus hęc de nunc æternitatis ſemper pręſentis, & coexiſtentis noſtris diuerſis temporibus, abſque vlla ſui mutatione; imaginari hoc nùnc, ſiuè inſtans æternitatis, eſſe in æternitate, veluti punctus in centro ſpherę; tempus autem fluens, ſit ſola circumferentia; quanuis in reuolutione ſpherę, partes circumferentię inter ſe aliter, & aliter ſe habeant, quia quędam pręcedunt, & alię ſequuntur; omnes tamen centro, ſiuè puncto centri ſunt ſemper pręſentes. Sic & omnes temporis partes pręſentes ſunt puncto ęternitatis. Ex quo apparent verba Scoti in primo ſenten. diſtinct. 1. quęſt. vnica, eſſe omni veritate plena, quando inquit: *Cùm illud nunc æternitatis verè coexiſtat cuilibet temporis differentiæ, verè dicimus de Deo differentias omnium temporum:* Et vltrà inquit: *Cùm verba iſtorum temporum de Deo dicantur, propriè dicuntur ſignificare, immò magis propriè conſignificare:*

Nùnc

Nunc æternitatis, quàm temporum differentias. Non tamen illud nunc abſolutè, quia tunc non eſſet variatio diuerſorum modorum temporis ſignificandi; ſed inquantùm coexiſtit partibus temporis. Vt, cum dicitur Deus genuit filium, ſignificatur nunc æternitatis; vt ſit ſenſus, Deus habet actum generationis in nunc æternitatis, inquantùm illud, nunc, coexiſtit præterito. Deus generat, hoc eſt habet actum generationis in nunc æternitatis, inquantùm illud, nunc, coexiſtit pręſenti; & ſic de futuro dicendum.



M y s t.

Reuerende Præceptor, liceat mihi aliqua interponere verba ad propoſitum declarationis Scoti.

M a g i s t.

Libenter aſſentior, quod vis, loquere.

M y s t.

Iuxtà iſtam declarationem Scoti de prædeſtinatione, fortè dicere poterimus; Deus prędeſtinauit, Deus prædeſtinat, ac prædeſtinabit.

M a g i s t.

Reuerà ſic dicere poſſumus, Deus prædeſtinauit; & eſt ſenſus, Deus habet actum prędeſtinationis in nunc æternitatis, inquantùm illud nunc coexiſtit pręterito: Deus prędeſtinat;

K hoc

hoc eſt, habet actum prędeſtinationis in nunc æternitatis, inquantùm illud nunc coexiſtit præſenti: Deus prędeſtinabit; ideſt, habet prędeſtinationis actum in nunc æternitatis, ſecundùm quòd illud ęternitatis nunc, ſiuè inſtans coexiſtit futuro.

M y s t.

Circa exemplum datum de centro, ſiuè de puncto centri, & circumferentia ſpherę, applicando centrum ad nunc æternitatis, & circumferentiā ad totum tempus, ſcilicèt prętcritum, præſens, & futurum: Oritur dubium; quomodo, poſſit ad propoſitum valere; cum tempus habeat eſſe in fluxu, & fieri, ac de ipſo tempore non habeamus niſi nunc pręſens; enimuerò, quòd præteritum eſt, erat, & amplius non eſt. Similitèr licet futurum aliquid erit; attamen dùm futurum eſt, nihil eſt; & quando erit, de ipſo erit tantùm præſens inſtans, & nunc. Quod ergo nihil eſt, quemadmodum prętcritum, & futurum tempus, nulli enti poteſt coexiſtere, & pręſens eſſe; & ſic ęternitati non coexiſtunt, nec ſunt pręſentia. Sic, & econuerſò, nunc ęternitatis nequit coexiſtere, & pręſens eſſe prętcrito, & futuro tempori. Valeret, iudicio meo, exemplum; quandò partes temporis, prętcritum ſcilicet, & futurum haberent permanens eſſe, ſicut habent omnes partes circumferentię circuli: Quomodo ergò ſoluis dubium iſtud?

M a g i s t.

Huiuſmodi obiectio eſt Scoti in 1. ſenten. diſtinct. 39. quęſt. vnica, vbi ſic reſpondet, ac ſoluit, & benè; aſſerendo, quòd quemadmodum Dei immenſitas eſt pręſens cuilibet loco actuali, & qui realiter actu exiſtit, atque tantùm complectitur omnem actualem locum: non autem potentialem; cùm nihil ſit realiter locus potentialis, & ens in potentia tantùm obiectiua.

Sic & eius æternitas, propter ſuam infinitatem, præſens erit tantùm tempori exiſtenti, ſcilicet præſenti; non autem præterito, & futuro: tamen quantùm eſt ex parte ſua, poteſt præſens eſſe omnibus partibus temporis, ſi darētur omnes actu exiſtentes; & ſi per impoſſibile daretur de facto totum tempus eſſe ſimul ſtans, totum eſſet pręſens æternitati, vt tota circumferentia

ſerentia centro. Omnia tamen ſunt Deo præſentia in ratione cognoſcibili; & non tantùm cognoſcibili cognitione abſtractiua; ſicuti Roſa non exiſtens, præſens eſt intellectui noſtro, dùm per eius ſpeciem intelligibilem eam cognoſcimus; ſed cognitione intuitiua intuendo eius propriam eſſentiam, in qua relucent æternę Ideæ creaturarum omnium, tàm pręteritarũ, quàm pręſentium, & futurarum; & non aliter cognoſcit facta, quàm fienda; & ità perfectè ſunt pręſentialiter cognita ab intellectu Diuino fienda, ſicut facta.

MYST.

Intellectui meo, & credo cuilibet benè diſpoſito ſatisfeciſti: procede, vt à ſcientia Dei ad pręſcientiam illius venias.

MAGIST.

Procedo, & dico; quòd huic Dei ſcientię addendo (quemadmodùm Theologi ordine prępoſtero addunt) hanc prępoſitionem præ, inde pręſcientia dicitur; quę pręſcientia, ſecundum Theologos, nil aliud, vltrà ſcientiam, refert; quàm anteceſſionem ſcientię reſpectu rei ſcitę. Ex quo ſequitur idem eſſe pręſcientiam, quod futurorum ſcientiam; & pręſcire, erit futurum ſcire; ac iuxtà nominis interpręrationem, eſt rem ſcire antequàm fiat, & eam ſuo tempore futuram.

In duas poſteà pręſcientia iſta diſtinguitur partes; ſcilicet, reſpectu bonorum, & reſpectu malorum: Præſcientia reſpectu bonorum, approbatio nuncupatur; alia reſpectu malorum, reprobatio. De approbatione ſic loquitur Pſalm. *Nouit Dominus viam iuſtorum*; ideſt, approbat vitam iuſtorum. De reprobatione ita legitur Matth. 25. *Neſcio vos*, ideſt: facinora veſtra non approbo. Et illud Iſaiæ: *Quarè ieiunauimus, & non aſpexiſti? Humiliauimus animas noſtras, & neſciſti?* ſcilicet approbando: Pſal. 1. Iſaiæ 58.

Pręter hanc, eſt etiam in Deo prouidentia, de qua ſumus locuti; quę eſt rerum ordinabilium in finem pręcognitio, tàm naturalium; & vltrà de rebus faciendis, & gubernandis, ſeruans ordinem, remouenſq; omnem deordinationem; quę prouidentia includit ſcientiam, & pręſcientiam, tantùm addens illis ordinem quendam, & pręparationem ad finem.

Digitized by Google

Aliqui Antiquorum Philoſophorũ iſtam Dei prouidentiam moliti ſunt deſtruere: vt Lactantius Firmianus, primo diuinarum inſtitutionum libro, capit. 2. teſtatur; immò ibi primos huius peſſimi erroris inuentores aſſerit fuiſſe Democritum, deindè Epicurum; ſed anteà Protagoram, qui Deos in dubium vocauit; & poſteà Diagoram, qui Deos excluſit. Fuere & alij nonnulli, putantes Deos non eſſe: Omnia, dicebant iſti, facta eſſe fortuitò, & caſu; ſic & regi.

Inter aſſerentes, & teſtantes Deos eſſe, diuerſimodè nõnulli de Dei prouidentia loquebantur; quia quidam aiebant primam cauſam, ac Deum eſſe in Cœlis curantem, & regentem tantummodò cœleſtia, non autèm ſublunaria iſta noſtra: vana eorum ratio erat; quia diuinus intellectus vileſceret, ſi noſtra curaret, & horum prouidentiam haberet. In quorum perſona Iob loquitur ſic: *Circa cardines cœli perambulat, nec noſtra conſiderat*. Sed reuerà toto cœlo aberrabant; quia putabant diuinum intellectum moueri ab obiectis extrà ſe ad intelligendum; quemadmodum mouetur noſter. Ipſe enim Diuinus intellectus tantùm ab eſſentia diuina mouetur, tanquàm ab adæquato obiecto ſuo: & ità intrà ſe intelligit omnia alia etiam extrà ſe. Sic & diuina voluntas, quæ fertur ſuo velle, niſi in præcognitum ab intellectu; & mediantibus ijs, quæ intrà ſunt, vult ea, quæ extrà eſſentiam diuinam ſunt fienda, mediantibus rerum ideis. Sicùt Architector, à domo intrà ſe, vult, & facit domum extrà ſe.

Cap. 11.

Erroneam iſtam ſuam opinionem firmabant ſenſibili exemplo, hoc modo: Si Imperator, vel Rex magnus aliquis curam, & regimen gregum haberet, nonnè maximum id eſſet ei dedecus? Sic multò plus ipſi Deo, ſi corruptibilium ſublunarium rerum iſtarum prouidentiam, ac regimen haberet. Quibus reſpondetur; quòd de facto iſtorum vileſceret intellectus, ac maximum eis eſſet dedecus; quia mouerentur ad intelligendum, & prouidendum à vilibus illis obiectis: ſed intelligerent, vellent, ac prouiderent intrà ſe intellectu, & voluntate, nõ motis à vilibus illis obiectis; tunc eſſet eis maximus honor, & gloria.

Aliqui

Aliqui aliquantulum ſapientiores, ob pulcherrimum naturæ ordinem, quem perſpiciebant, aiebant; prouidentiam habere naturalium rerum, non autem humanarum; nè liberi noſtri arbitrij libertatem offenderent, ac deſtruerent.

Alij vltrà hæc, aſſerebant; etiam humanarum rerum prouidentiam habere: ſed cùm obiecta illis illata neſcirent ſoluere perplexi, ac frenetici, & amentes remanebant, quaſi quò ſe verterent neſcientes. Hos egregiè confutat Ariſtot. Phiſicorum 2. tex. 48. apertèque, & clarè Dei prouidentiam aſſerit; præcipuè 12. Metaph. propè finem. Similitèr Plato de legibus libro 10. & ſuprà iſtos omnes, Cicero in lib. de Nat. Deorum; prouidentiam Dei tuetur, contrà negantes eam.

Boetius prouidentiam ſimiliter decantat lib 5. de conſolatione Phil.

Diuus Pater Ioannes Damaſcenus lib. 2. orthodoxæ fidei cap. 29. de illa pertractans, ſic eam deſcribit: *Prouidentia eſt Dei voluntas; per quam omnia, quæ ſunt, conuenientem ſuſcipiunt gubernationem.*

Aliqui dixere idem eſſe, quod, & fatum: & iſti quoq; errauerunt; quia, ſecundum Theol. ſi fatum eſt, & datur; eſt concurſus, & connexio ſecundarum cauſarum ad aliquem effectũ producendum ſimul concurrentium: cui tamèn connexioni, & concurſui non omnia ſubiacent; vt creatio, & beatificatio Angelorum, & hominum, quę à Deo immediatè ſunt. Liberi arbitrij quoq; velle, ac nolle, ſimiliter ſub fato non cadunt. At ſummi Dei prouidentię omnia ſubiecta ſunt.

Eſt vltimò conſiderandum, prędeſtinationem partem eſſe prouidentię ſcientiam, prę̨ſcientiam, ac prouidentiam includẽtem, & quendam ſpecialem prouidentię modum ſuperaddentem; quia prouidentia omnes reſpicit creaturas; prędeſtinatio autem tantùm intellectualem, & rationalem creaturam reſpicit, vt in prę̨cedentibus tactum eſt.

His prænotatis, conſequentèr eſſentialis prędeſtinationis definitio ponitur; quę eſt ſubtiliſſimi Scoti in primo ſentent. diſtinct. 40. & in 3. diſt. 7. quęſt. 3. & ex eius dictis in his

prędi-

Digitized by Google

prędictis libris, & diſtinctionibus formatur completa, & iudicio meo vera, & perfecta eſſentialis prędeſtinationis definitio, quę ſic ſe habet.

Prædeſtinationis definitio.

PRædeſtinatio, eſt præordinatio intellectualis, & rationalis creaturę ad gloriam principaliter, & ad gratiam, & ad merita; ac ad quędam alia in ordine ad gloriam minùs principaliter, facta à Diuina voluntate.

Prima particula huius deſcriptionis eſt, prędrdinatio facta à diuina voluntate; vbi prędrdinatio locum habet generis, ſecundùm quòd præordinatio communis eſt ad omnem præordinationem, ſiuè directionem rei cuiuſcunque in proprium finem: quandò dicitur, facta à diuina voluntate; innuitur, prædeſtinationem formaliter eſſe actum diuinę voluntatis, per quem actum ordinat, ac deſtinat creaturas, intellectualem, & rationalem ad ſuum ſupernaturalem finem; ad quem licet ordinetur, ac deſtinetur; ipſa tamen intellectualis & rationalis creatura illum nequit virtute propria ſola conſequi: Sicut ſagitta non poteſt ad ſignum peruenire, niſi prius à ſagittante deſtinetur, ac traſmittatur. Ità nullus hominum, vel Angelorum poterit vitam æternam acquirere, ni fuerit anteà deſtinatus, & tractus à Deo. Vndè Ioannes 6. *Nemo venit ad me, niſi Pater meus, qui miſit me, traxerit eum.* Et ſponſa: *Trahe me, pòſt te.*

Galat. 1.

Obſeruandum, quòd licet vnico actu intellectus, ac voluntatis, Deus benedictus omnia æternaliter intellexerit, & voluerit, quæ voluit, ac ordinauit; nihilominus, ſecundum noſtrum cognoſcendi modum, obſeruare oportet aliqua inſtantia ordine quodam, ſecundùm prius, & poſterius, prout ſubtiliſſimus Scotus edocet:

Nàm in primo naturæ ſigno, ſiuè inſtanti, Deus glorioſus intelligit ſe, vt ſummum intelligibile. In ſecundo naturę ſigno prępidit, & pręcognouit creaturas omnes intellectuales, ideſt,

ideſt, Angelos, & rationales, ſcilicet homines, & omnia irrationalia, quòad purum naturale eſſe, ſecundum quod diuina voluntas determinat res ſuo tempore fore; & in hoc ſigno prçuiſa eſt etiam filij Dei incarnatio. Sic, & ſecundum eius vniuerſalem prouidentiam dicendum eſt, omnia etiam prçordinare conſequenter ad proprios naturales fines. Enimuerò volens alicuius rei eſſe; de iure dicendum eſt, velle etiam explicitè, aut implicitè, vel interpretatiuè naturaliter conſequentia illud eſſe; inter quæ eſt proprius naturalis finis vniuſcuiuſque rei. Et quàmuis creaturarum intellectualium, & rationalium, hoc eſt Angelorum, ac hominum finis (inquantũ huiuſmodi, ideſt ſecundùm quòd per creationem ad imaginẽ, & ſimilitudinem Dei exiſtunt) ſupernaturalis ſit; dicendum eſt, vniuerſaliter omnes Angelos, & homines voluntate iſta antecedente, quantùm ex ſe, ac ex parte ſui, præordinaſſe ad beatum finem: Conſequenter etiam ad media ſufficientia ex ſe ad illum finem conſequendum: quoniàm agens per intellectum, & voluntatem, pòſt finem primò intentum, ſecundariò autem, ac conſequenter vult ſufficientia media ad illum; loquendo non tantùm de naturalibus medijs, & auxilijs, verùm & de gratuitis; vt ſunt, generalis vocatio, & gratia, quam cuiq; parato, & diſpoſito recipere offert, interna ad bonum inſpiratio. Nàm ſi Patres omnes, maximè ratione ducti, antequàm filios procreent, ac generent ſibi ſimiles in natura, naturali bonitate, atque amore ducti intrà ſe concipiunt, ac proponunt curam omniũ eorum gerere, & omnes volunt ſuorum bonorũ hçredes eſſe; nec vnquam præcogitat quis, ſe velle deſerere, occidere, vel exhçredare illorum quemquam, præſertim abſq; rationabili cauſa; qua poſtea intercedente, prçter, & contrà ſuum intentum, ac voluntatem prædictam, tùnc iuxtà demeritum degenerantis, & delinquentis filij, vult exhçredare, & de facto exhçredat eum.

Si etiam poſt vniuerſalem amorem, & primam illam bonam voluntatem erga omnes, complaceret ſibi in vno; ac ſuper alios diligeret eum, & ob hoc vellet ad honorabiliorem, & glorioſiorem gradum, & finem peruenire, conferendo illi ſpe-

cialia

cialia dona, & auxilia ad hoc; nunquid iuſtè hoc? iuſtè quidem. Nunquid alij filij conqueri poſſent de patre eorum bono, tanquàm de partiali, & perſonarum acceptatore? haùd quaquàm.

Quis iſtorum filiorum omnium prius aliquid dedit patri, vndè teneatur aliquid, gratitudinis ratione, ei conferre? & ſi non tribuat, iuſtè, ac rationabiliter de patre conqueri queat? Nullus profectò, cum nemini debeat, nec à quoquam dependeat; quin potius econtrà, habuit vnuſquiſque quod ſuum eſt gratis; ſcilicet naturale eſſe, & paternam curam cum ſufficientiſſimis gratijs, donis, & auxilijs, iuxtà capacitatem ſuam; ità vt bene agere queat, & ad ſuam hæreditatis ſortem peruenire.

Sit ergò vnuſquiſque ſua ſorte contentus, abſque murmuratione. Aliquis blaterans, & murmurans de Patre, ac ſi iniuſtè feciſſet, meretur tùnc patris indignationem incurrere, priuarique hęreditate. Nonne, & ſanctiſſimus Patriarca Iacob, ſuper omnes alios filios magis diligebat Ioſeph? Ità & Dominus Ieſus ſpeciali amoris priuilegio ſuper omnes Apoſtolos diligebat Ioannem.

Genes. 37 Ioan. 19.

Iſta omnia congruè aptari poſſunt Optimo Maximo Deo noſtro parenti, & nobis filijs ſuis omnibus, ſaltèm per creationem: quandò conſequentèr, pòſt ſecundum naturæ ſignum prius dictum; In tertio ſigno conſiderabimus ipſum clementiſſimum Deum Patrem noſtrũ ſibi de facto eligere, quos vult, ſecundum ſanctiſſimum beneplacitum ſuum ad æternam Beatitudinem, & ad conſequentia ſupradicta media, abſque reſpectu ad merita futura; ſed ex mera ſua liberalitate, & bonitate vult eis vitam æternam largiri.

Et in iſto ſigno, inquit Doctiſſimus Scotus, ergà reliquos ſe habet negatiuè, ideſt eos non eligit; nec vult, ſicut electis, conferre finalem gratiam, & gloriam, quoniàm non tenetur, nec obligatur ipſis, ſicut nec alijs electis; nec in iſto ſigno vult eos damnare, cùm non ſit prius vltor, quàm aliquis eorum ſit peccator: Vt ait Auguſtinus.

In quarto ſigno vidit tertiam partem Angelorum in peccatum

Digitized by Google

tum irremediabiliter lapſuram, & omnes puros homines in Adam: ſed cùm ſua infinita ſapientia ſtabilierit, nullum cùm peccato ſaluare, & diuinum eius propoſitum non debeat propter hominum nequitiam impediri circa prędeſtinatorum ſalutem.

Ideò in quinto ſigno ordinauit Chriſtum ſuum, ſecundum carnem paſſibilem fore; ſecundum animam etiam, quantùm ad portionem inferiorem; & ſic per paſſionem, & mortem liberare à peccato, & efficaciter redimere, & ſaluare electos, & prædeſtinatos ſuos. Poſſet hìc dici, quòd etiam quòad ſufficientiam, & quantum eſt ex parte ſui (licèt non quòad efficaciam) pro omnium hominum redemptione ſit paſſus: quod fortè idem Dominus N. Chriſtus innuere voluit illis verbis: *Hic eſt Sanguis meus, qui pro vobis*, (ſcilicet electis meis efficaciter) *& pro multis*, (ideſt alijs non prædeſtinatis, nec electis meis, quantùm ad ſufficientiam ſaluandis) *effundetur*. Quarè autem non præuiderit, ac ordinarit paſſionem hanc efficaciter valere etiam pro non prędeſtinatis, cauſa eſt; quia pręuidit eos non credituros, nec obedituros Euangelio, aut perſeueraturos in peccato, vel peccatis; & in eo, vel eis peccatis finaliter morituros pręuidit. Vndè paſſionis meritum, de potentia ordinata, nequit eis applicari; & ſic conſequenter pręuidit pro peccato iuſtè fore damnandos.

Matthæus & Marcus aiunt pro multis. Lucas autem, pro vobis effundetur.

MYST.

Scire cuperem, quare non præuidit, ac ordinauit in iſto ſigno redimere, reparareq; etiam ruinam Angelicam, lapſos Angelos ſaluando; cùm nobilioris naturę ſint, ac Deo ipſi magis ſimiles, ac proximiores?

MAGIST.

Huius reparationis, & redemptionis carentia fuit, quia pręuidit non totam Angelicam naturam lapſuram; ſicut pręuidit totum humanum genus in Adam caſurum: ideò magis humanum genus egebat reparatione, & redemptione. Ex tribus enim partibus Angelorum, vna tantùm lapſura erat in peccatū, & peccato inficienda; aliæ duæ remanſuræ erant abſque peccato in ſua innocentia, & beatificandæ; ſicuti & prædeſtinatę

L erant.

erant. Peccaturi erant etiam Angeli iſti peccato interiori; & non exteriori per extrinſecam, hoc eſt per aliquam alicuius tentationem, ſeu ſuggeſtionem; niſi Luciferi perſuaſione, cuius prauę intentioni ſuę adhęſuri erant.

Homines autem primi per extrinſecam Luciferi ſuggeſtionem; Vndè & congruenter poterant extrinſecè ab alio auxiliari, & reparari, inquit Diuus Bernardus. Peccaturi erant etiam Angeli in Spiritum Sanctum; quia ex certa, & determinata nequitia finalis impœnitentiæ: quod quidem peccatum *Haùd remittitur in hoc ſæculo, vel in futuro*.

Mat.12. Homines quidem primi non abſque peccati cognitione peccaturi erant; at grauitatem peccati in totum pro tùnc non erant cognituri, antequàm peccarent; quàm grauitatem peccati non multò poſt cognituri erant, ac dignos pœnitentiæ fructus facturi: Ideò rationabiliter, iuſtè, congruè, ac decenter decreuit redimere, & ſaluare homines; non autèm Luciferum, & complices eius Dęmones.

M y s t.

Verè omnia Deus benè ordinauit, ac fecit, abſque Dæmonum, vel hominum vlla iuſta ſindicatione: dentibus ſuis fremant, & quantùm velint tabeſcant. Tu perge ad declarationem ſecundæ partis deſcriptionis prædeſtinationis, quam declarandam reliquiſti, vt cupidæ meæ voluntati ſatisfaceres.

M a g i s t.

Circà ſupradictam prædeſtinationis deſcriptionem, vbi dictum eſt, prædeſtinationem ſaluandorum factam eſſe à Diuina voluntate; ſupereſt declarare, ac videre, quarè iſta præordinatio, ſiuè prædeſtinatio aſcribatur voluntati, & non intellectui Diuino.

Et dico, magis attribui voluntati; quia prædeſtinare, non eſt, niſi velle dare gloriam principalitèr; ſed velle (vt patet) non eſt actus intellectus formaliter primò, & principaliter; ergò formaliter actus voluntatis eſt. Ex quo ſequitur, prædeſtinationem non eſſe formaliter præſcientiam diuinam (loquendo, dico, formaliter) quia in diuinis omnia idem ſunt realiter

eſſen-

eſſentialiter; ſed formaliter primò, & principaliter importat actum diuinæ voluntatis; prǽſuppoſitiuè tamen, & concomitanter, importat prǽſcientiam diuinam, ſeu diuini intellectus actum; cùm voluerit, ac prǽordinauerit, quæ diuinus intellectus prǽconceperat circà prǽdeſtinandorum ſalutem, quicquid (cum omni reuerentia loquendo) dicant Ricardus de Media Villa, & Durandus; ſcilicet, quòd prædeſtinatio eſt potiſſimè, & formaliter intellectus actus; minus autem principaliter, & quaſi ſecundariò voluntatis. Mirandum quidem eſt de iſtis, alioqui doctiſſimis viris, quomodò in ſua iſta poſitione de facili ſic errauerint, haud reſpicientes, prædeſtinationem, ſiuè prǽdeſtinare actum eſſe contingentem; non neceſſarium, quia potuit non prǽdeſtinare. Contingentia namq; iſta nequit intellectui agenti, ideſt, intelligenti neceſſariò ex ſui natura attribui; ergò immediate voluntati conuenit: præſuppoſitiuè autem, & concomitanter conuenit etiam intellectui, vt dictum eſt à Scoto.

Nàm ſi diuinam Scripturam inſpiciamus, videbimus prædeſtinationem adſcribi magis voluntati: Siquidem ad Rom. 8. Paulus ſic inquit: *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum his, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti.* Ecce ſicut propoſitum eſt voluntatis; ſic & proponere, ſeu ordinare, ſtatuere, & prǽdeſtinare, quę idem ſunt, voluntati immediatè aſcribi debent; licèt iſta omnia haùd ſint ſinè prǽuio, vel concomitante actu intellectus, dictante voluntati id, quod eſt in ſua poteſtate proponere, ſtatuere, ordinare. Ad Ro. 8.

Idem Apoſtolus ad eoſdem Rom. cap. 9. loquendo de Iacob, & Eſau, tangit propoſitũ ad voluntatẽ attinens, his verbis: *Cum nondum nati fuiſſent, aut aliquid boni, vel mali egiſſent, vt ſecundum electionem, propoſitum Dei maneret.* Electio etiam eſt voluntatis. Ad Epheſ. 1. iterum ait; *Elegit nos in ipſo ante Mundi conſtitutionem.* Cap. 9. Eph. C. 1

Sed quia idem Apoſtolus loquitur de prǽdeſtinatione aliquandò per actum intellectus; vt Roman. 11. *Non repulit Deus plebem ſuam, quam præſciuit*, ideſt prǽdeſtinauit. Et in 2. ad Thimot. 1. *Nouit Deus, qui ſunt eius*: ideſt quos elegit, & prǽ- Rom. 11. 2. Tim. 2.

deſtinauit. Propterea Patres ſancti, & Doctores aliquandò per actum intellectus, modò etiam per actum voluntatis prædeſtinationem notificant. Vt Auguſtinus de prædeſtinatione Sanctorum 10. & de bono perſeuerantiæ, vtrunque tangit actum, dicendo; præparationem gratię, & glorię; ideſt, firmam voluntatem conferendi gratiam in hoc ſęculo, & gloriam in futuro.

Hinc poſſet quis dicere, prędeſtinationem ęqualiter vtrumque actum reſpicere. Cui reſponderi poteſt; reſpicere quidem vtrumq; actum; ſed immediatius, & principaliter reſpicit voluntatis actum; cùm prędeſtinatio ſit de futuris contingentibus ad extrà, ad diuinam voluntatem liberè deliberantem, & ordinantem, attinentibus.

M Y S T.

Maximum mentem meam ſubintrauit dubium, ex tua, Reuerende Magiſter, data declaratione in tertio ſigno, quando dixiſti; quòd aliquos ſolùm, quos voluit elegit, & prædeſtinauit ad beatam æternam vitam conſequendam, ac ad media perueniendi ad illam, & non omnes: ſed negatiuè ſe habuit, & non elegit, nec prędeſtinauit alios; & ſic ab illa beata vita illos excluſit, vndè & damnantur.

1. Tim. 2. In oppoſitum videtur eſſe Apoſtolus Paulus, in prima ad Timoth. 2. vbi inquit, & tenet; *Deum velle omnes ſaluos fieri, & ad veritatis agnitionem peruenire*. Ergò ſi vult omnes ſaluos fieri, & ad agnitionem, tanquàm ad neceſſarium medium ſalutis, peruenire; nec aliquis ab illa Dei bona voluntate ſit excluſus; ergò nemo damnatur, immò omnes homines ſaluabuntur, licèt non omnes electi ſint, & prędeſtinati; & eò magis, quia eius voluntas omnipotens eſt; *Illi namque, cùm vult, ſubeſt omne poſſe*; illi ergo quis reſiſtet? Velle ſuum eſt etiam facere, iuxtà illud; *Omnia, quæcunque voluit, fecit in cælo, in terra, in mari, & in omnibus abyſſis*.

Sap. 12.

Pſal. 134.

In eodem capitulo idem Apoſtolus ità ſubinfert; *Vnus eſt Deus, vnus, & mediator Dei, & hominum, homo Chriſtus Ieſus; qui dedit ſemetipſum redemptionem pro omnibus*: cum ergò Saluator Deus velit omnes homines ſaluos fieri; atq; eius huma-

natus.

natus vnigenitus Chriſtus dederit ſe redemptionem pro omnibus,& omnium Redemptorem, vt ſancta mater canit Eccleſia; ſequitur (vt ſuprà dixi) omnium ſalus.

M A G I S T.

Extrinſecè, & ad pauca reſpicienti, videbuntur fortè obiectiones iſtę tuę veritatem continere; prętertim ex authoritatibus, diuinę ſcripturę adductis, quę nunquam falſitatem, vel mendacium aliquod queunt continere; cum per infallibilem Dei reuelationem ſint habitæ, *Et Spiritu Sancto inſpirati locuti ſint ſancti Dei homines*: Verùm oportet ad earum veram, rectamq; intelligentiam trahere de teſta nucleum, & de littera ſaporem, de petra ſugere oleum, & de ſpina legere florem. 2.Pet.1.

Quò autèm ad authoritatem Pauli, quæ dicit; *Deum velle omnes ſaluos fieri*: animaduertendùm eſt, quòd non dicit actiuè velle ſaluare, ſed paſſiuè ſaluari, ſiuè ſaluos fieri; vt innuat Dei, & noſtram aliquo modo operationem, ſiuè cooperationem ſalutis; quia Dei cooperatores ſumus, vel eſſe debemus ad noſtram ęternam ſalutem: & qui fecit nos ſinè nobis, nos ſinè nobis non ſaluabit; inquit Auguſt. loquendo maximè de Adultis libero arbitrio vtentibus: *Qui ergò erunt Dei cooperatores, ſiuè adiutores* (iuxtà Diui Pauli ſententiam) cum perſeuerantia in bono, omnes ſaluabuntur. Quòd præcipuè loquatur Apoſtolus in ſuprà citatis verbis de adultis, manifeſtum eſt ex illis ſequentibus verbis; *Et ad agnitionem veritatis peruenire*. Ad quam veritatē nemo poteſt ſe diſponere, niſi adultus, cum liberi arbitrij vſu; niſi ex ſpeciali priuilegio deſupèr alicui paruulo acceleratus, vel datus fuèrit rationis vſus; vt Ioanni Baptiſtę, cui in matris aluo vſus rationis pro tùnc datus fuit, ad cognoſcendam veritatem Incarnationis filij Dei in Sacratiſſimo Virginis Matris Vtero; Vndè, & de hac agnita veritate exultauit. 1.Cor.3.

Si Apoſtolus Paulus per actiuum verbum dixiſſet, Vult omnes ſaluare; fortè poſſet in aliquibus, quaſi paruulis lacte egentibus, oriri credulitas de facto ſalutis omnium. Eſtọ etiā; quod dixiſſet per actiuū verbum, Velle ſaluare omnes; diſtinguendum eſt de voluntate: Nàm ſanctiſſimus, ac doctiſſimus

Magiſter

Magiſter meus Ioannes Damaſcenus (quem verè Magiſtrum meum vocare queo; vt Sanctiſſimus Christi martyr Cyprianus Tertullianum Magiſtrum ſuum vocabat; cùm aſſiduè ſuę incumberet relictę Doctrinæ, & ſapientiæ: Nàm, referente Lactantio Firmiano, cùm ei ſtudere vellet, ſolitus erat dicere ſibi ſeruienti: Da Magiſtrum.) Sanctiſſimus ergo ille pater Damaſcenus, Magiſter meus, (licèt tanto magiſtro indignus ego) ſecundo orthodoxæ fidei libro, cap. 29. Vbi de Diuina prouidentia agit, diſtinguit Dei voluntatē bifariàm; videlicèt, in antecedentem, & conſequentem; de quibus voluntatibus, credo in pręcedenti libro me aliqualitèr ſcripſiſſe; ſed & decies repetita placebunt.

Voluntas Dei antecedens illa eſt, qua benedictus Deus ex ſeipſo, ac quantùm eſt ex parte ſui in ſecundo naturæ ſigno, (de quò ſuprà dictum eſt) quemcunque hominem ad conſummatam vult venire perfectionem, & finem, ad quem condidit illum; atq; ad eum aſſequendum præſidia naturalia, & gratuita ſufficienter (vt ſuprà tactum eſt) cuique ſubminiſtrat: & hac voluntate antecedente, vult omnes homines ſaluos fieri, ac ad agnitionem veritatis peruenire; quia ad ſalutem adipiſcendam omnes aptos, & habiles condidit: inſupèr congruentia media largitus eſt, legem videlicèt naturalem cum lumine, & vſu rationis gratiam ſuam illuſtrantem, quam parato cuiq; recipere offert, quibus omnibus, ad veritatis agnitionem peruenire poteſt; ſeruare etiam cum ſua ope mandata ad vitam æternam ordinata. Voluntas hæc antecedens poteſt vocari etiam voluntas ſigni; quia per omnia antedicta ſignat, atque denotat, quòd quantùm eſt ex ſe, Deus vellet omnium ſalutē, & non perditionem: non tamen ponit in eſſe volitum, ſiuè conſequitur intentum volitum pro omnibus, cùm non efficaciter velit; vt voluntas abſoluta, & beneplaciti vult. De hac ergò uoluntate intelligitur authoritas Apoſtoli Pauli ad Timotheū. *Deus vult omnes, & cæt.*

Voluntas autèm conſequens ea eſt, qua, ſecundùm operum noſtrorum qualitatem, & exigentiam, Deus uult nobis retribuere mercedem; pręmium, inquam, aut pęnam, ſecun-

dùm,

dùm, quòd lex iuſtitiæ, & æquitatis requirit: Et hac uoluntate, pendente potiſſimè ex noſtrarum actionum conditione, omnes perſeuerantes in bono vult cœleſti gloria remunerari; ac perſiſtentes in mortali peccato, æternaliter puniri, cùm ita expoſcant humanæ vitæ merita: Non enim miſericors tantùm prędicatur, ſed & iuſtus Dominus. Quòcircà (repeto) non ad perdendum homines, ſed ad ſaluandum omnes creauit Deus: vbi tamèn noſtra ipſorum culpa à naturali noſtra perfectione cecidimus, & ſponte bonum reliquimus; ipſe quoquè Bonus, ac Æquus Iudex infligit pœnam: Quemadmodum, vt alias dixi, pater non gignit filios ad ſpoliandum eos hęreditate; ſed vt paternorum ſuorum bonorum hæredes, & comparticipes efficiat, atque ſucceſſores. Quòd ſi quis eorùm patri fuerit contumax, atq; rebellis, & iniurius, illum inſolentem iuſtè exhęredat, prẹter animi ſui inſtitutum; nihilq; proptera ab optimi patris diſcedit officio.

Et legislator legem conſtituit, ſancitq; decreta; vt illorum obſeruatione Ciues omnes bonos efficiat, idq; præcipua intentione proponit: Atqui, ſi qui fuerint latæ legis tranſgreſſores, & Reipublicę perniciem inferentes; illos, ſecundùm ſanctiones ordinatas, ſeuerè punit, afficitque ſupplicio, præter ſui animi primam intentionem, qua affectat omnes reddere bonos.

Denique Agricola arbores inſerit terræ, vt fructum adferant opportunum, & ad naturale perueniant incrementum: Si qua tamèn ſterileſcat, & infœcunda exareſcat, excidit illam; nè fruſtrà, & incaſſum terram occupet: non ex propria intentione, ſed arboris ipſius vitio. Haùd ſecus optimus Deus Pater, & legiſlator, & Agricola, omnibus hominibus vitam elargitus eſt, vt nos ſuę glorię hęredes faceret, vt ſuam obſeruantibus legem prẹmia donaret, vt bonorum operum fructu cumulatos in paradiſo cœleſti plantaret.

Quòd ſi ad eius monita obſurdeſcimus, & tranſgredimur illius pręcepta, & infœcundi exareſcimus; quid mirum, ſi etiã regni poſſeſſione priuamur, quo indignos nos fecimus, & iuſtiuæ ſuę premimur ſeueritate, meritiſquè plectimur pœnis;

Si

Si denique, tanquàm arbor, quæ non facit fructum bonum tempore ſuo, exciditur, atq; in ignem mittitur; noſtra portò, non boni, & iuſtiſſimi Dei, cauſa eſt.

Voluntas hęc conſequens, quę ſemper adimpletur, dicitur etiam beneplaciti; & ſecundum hanc, vt dictum eſt, nō omnes vult ſaluos fieri; & huic nemo reſiſtere poteſt; adeò, vt pręualeat: Secundum hanc denique, vult omnium ſuorum electorum, & prędeſtinatorum ſalutem. De hac loquebatur Apoſtolus Paulus cum diceret: *Voluntati eius Quis reſiſtit?* Iſtius voluntaris velle, eſt facere, & abſque alia executiua potentia ab ipſa omnipotenti voluntate diſtincta; pręſertim quando immediatè per ſeipſam, abſque cuiuſcunque ſecundę cauſę concurſu operatur, & facit.

Rom. 9.

Secundum hanc, omnia quęcunque voluit, facit; & omne, quod vult fore, erit, ac neceſſariò erit; neceſſitate conſequentiæ, non conſequentis; cùm in ſe illa ſint contingentia; & ipſa Diuina voluntas liberè, & contingenter velit, & operetur ad extrà.

Ratio, quarè voluntas iſta beneplaciti, & conſequentis nequeat impediri, eſt; quia eſt vltima determinatione determinata ad ponendum effectum in eſſe; & non poteſt impediri, proptèr impotentiam, cùm ſit omnipotens; nec à quocunque extrà; quia nulla creatura poteſt ei pręualere, cum finitę creaturę potentia nequeat infinitę potentię Dei pręualere; nec propter mutabilitatem, cùm non ſit mutabilis, antequam effectus ponatur in eſſe; vti eſt humana voluntas: Nàm ipſe Deus dixit: *Ego Dominus, & non mutor* Malach. 3 & in Numerorum libro cap 23. ſcriptum eſt: *Non eſt Deus, vt homo, vt mentiatur; nec quaſi filius hominis, vt mutetur*. Et non tantùm immutabilis eſt antequam producat effectum volitum; ſed etiam pòſt illius productionem: Licèt per mundi creationem, & pòſt creationem eius, acquiſierit ex mutatione de non eſſe ad eſſe facta in creatura, relationem dominij; qua relatione actualitèr, pòſt mundi creationem, dictus eſt Dominus: ille reſpectus, rationis eſt, & dictus de Deo denominatione extrinſeca; quia realem reſpectum creaturarum terminauit; & ſic abſque

Malac. 3.
Num. 23.

vllo

vllo reſpectu, qui propriè ſit in ipſo, Dominus eſt: quemadmodùm paries dicitur ab oculis noſtris viſus, qui prius non videbatur, abſque vlla ex viſione ſui mutatione.

Ad authoritatem Pauli ſupradictam, qua dicitur; *Deum velle omnes ſaluos fieri*; poſſet etiam, ſecundum Auguſtinum, dici, quòd ibi eſt diſtributio accommodata, quia videlicèt, nemo ſaluatur niſi Deus velit; Ideò vult omnes illos ſaluos fieri, qui ſaluantur.

Vel aliter, quod ibi eſt diſtributio accommodata pro generibus ſingulorum, & non pro ſingulis generum. Sicut iſta; omne animal fuit in Arca Noè; ita, vt ſit ſenſus; quòd de omni hominum natione, vult Deus aliquos ſaluos fieri. Prima tamèn expoſitio videtur magis conueniens, & modernis Theologis magis placet.

Ad illud, quod (Myſticę Theologię) obiecisti; videlicet, quòd ſi in tertio ſigno ſupradicto non prędeſtinauit aliquos, ſeſe habuit Deus, ſeu Diuina voluntas circà eos negatiuè, ideſt, non elegit illos, nec prædeſtinauit; Ergò ab illa beatitudine tales excluſit; ergò ob hoc, & damnantur, abſque peccati pręuiſione; & ſic Deus prius eſſet vltor, quã aliquis eſſet peccator; quod impium eſt dicere de Deo.

Ad hoc reſpondetur; quòd pro illo, & in illo tertio ſigno, negatiuè tantùm, & non poſitiuè excluſit tales, ideſt non incluſit in numero prędeſtinatorum; nec ob hoc, in ſigno illo damnantur, cùm non ſit in eo peccatum eorum præuiſum; ſed per peccatum pręuiſum, & carentiam finalis gratiæ in quarto ſigno poſitiuè excluduntur à beatitudine; ideſt, indigni iudicantur illa, & digni æterna damnatione; & ità non prius eſt Deus vltor, quàm aliquis ſit peccator.

Ad aliud, quòd Chriſtus dedit ſe Redemptionem pro omnibus, & omnes redemit; vt etiam Eccleſia decantat Eum omnium Redemptorem; Dico quòd quantùm eſt ex parte ſui, & ſufficienter pro omnibus ſe Redemptorem dedit, ac voluntate antecedente voluit omnes redimere, ſicut voluit omnes ſaluos fieri. Et fortè hoc innuere voluit, cùm in horto orauit ad patrem, *Paſſionis ſuæ Calicem*, ideſt, meritum *tranſire ab eo*; vide- Mat. 26.

M licet

licet à myſtico ſuo corpore prædeſtinatorum: hoc eſt, diffunderetur, extenderetur, valeretq; per efficaciam etiam non prædeſtinatis. Et quia voluntas iſta antecedens non ponit in eſſe ſimpliciter volitum, ſed ſola voluntas efficax, & conſequens; de vtraque, & pro vtraque ſubiunxit immediatè, & primo de antecedenti cum dixit; *Non mea voluntas*, & de conſequenti, & efficaci ſubiungens inquit, *ſed tua fiat*; ſecundùm quam voluit redimere, ac efficaciter redemit electos, & prędeſtinatos ſuos ſolùm in effectu; & ſic redemit tantùm, quòs dedit ei pater in manus per æternam prædeſtinationem, qui, & agnoſcũt, ac credunt eum Redemptorem mundi, & in quo eſt omnium ſalus poſita, & quem etiam aliquo modo, ſcilicet, explicitè, implicitè, vel ęquiuolenter, ac interpretatiuè agnouerunt, & crediderunt prędeſtinati antecedentes aduentum eius. Sed nunc poſt aduentum eius in Mundum prædicatum Euangelium, ac inſtitutum Baptiſma, atq; alia Sacramenta, quam illi priores clariorem cognitionem, ac finem habent prędeſtinati, modo, ac poſſunt habere omnes: Ideò prędeſtinati ipſi ita diſponũtur, vt Paſſionis Chriſti meritum ſibi ipſis tantùmodò applicetur. Pro iſtis etiam ſolùm orauit, & rogauit efficaciter Patrem Chriſtus in vltima Cœna.

Vtque ſecundum primum modum, hoc eſt ſufficienter, & ſecundum antecedentem voluntatem Sancta Mater Eccleſia vocat Chriſtum omnium Redemptorem; Iuxta verò ſecundum, videlicet ſecundum conſequentem, & efficacem voluntatem, Redemptorem ſolùm omnium electorum, & prędeſtinatorum; & benè, rectèq; facit.

Et, vt clarius, ac facilius iſta vniuerſalis Redemptio intelligatur, obſeruetur, obſecro, Exemplum ſimillimum. In Redemptione humani generis ſe habuit Chriſtus Dominus noſter ad inſtar cuiuſdam Domini, vel Mercatoris diuitis Chriſtiani, qui ſola compaſſione, pietate, miſericordia, & clementia motus, omnium Chriſtianorum captiuorum ſub dura ſeruitute magni Tyranni Turcarum, vt omnes redimat, ac liberet, acceptis omnibus ſuis diuitijs peregrè illuc ad Tyrannum illum ſe transfert, & ſoluit non tantùm ſufficientèr, ſed, & abun-

abundanter pecuniam auri, & argenti pro omnium captiuorum Chriſtianorum redemptione, & liberatione; ità vt Tyrannus iſte ſic ſatisfactus remanens in poteſtatem ipſius Redimentis omnes tradat: illeq; Redemptor ſtatim bannum publicat, ſeu publicare facit, vt omnes captiui intelligāt, & pro certo ſciant, ſe ab eo eſſe Redemptos, ac in libertatem datos, & quod ad propria reuerti poſſunt; cum his tamen conditionibus, vt cognoſcant eum ſuum proprium Redemptorem, ſintq; ei grati, & ipſum ſequantur: alioqui ſi noluerint eum cognoſcere, ac credere talem, aut ſi quomodolibet ingrati fuerint, & eum ſequi renuerint; aut, ſi cognouerint, & crediderint talem redemptorem, eique à principio fuerint grati, & cœperint ſequi; Sed poſteà reuertentes, diuertentes, & deuiantes, non proſequentes cœptum iter rectum ad patriam, iterum demum captiuabuntur, nec ad illam deuenient: Vndè vtilitas, & valoris pretij ſoluti efficacia proptèr ipſorum cauſam, & pro ipſis erit deperdita.

Cùm ergò humanum genus totum detineretur captiuum, ad ſimilitudinem Iſraelitici populi ſub Pharaone, ob Adę primi parentis noſtri piaculum, & Dei offenſam; nec eſſet qui Deo patri debitam pro peccato illo ſatisfactionem daret, & redimeret ex omnibus fratribus, ac inter omnes naturę humanę fratres, immò nec Angelorum quiſquam: miſericordiaque eſſet in Cœlo, & vſque ad nubes; ideſt ad Angelos, qui ſteterunt; Pſal. 35. nec ad terram deſcenderet: Cum, dico, frater aliquis humanę naturę, nec Angelorum non redimeret; Tùnc in temporis plenitudine deſcendit Chriſtus ad captiuos homines, cum omni Diuinitatis plenitudine, onuſtus theſauris ſapientiæ, & ſcientiæ Dei in ipſo abſconditis; ſola motus charitate, clementia, & Coloſ. 2. miſericordia ſe fecit hominem, ac fratrem noſtrum paſſibilem, & mortalem in ipſa natura humana, vt hominem redimeret, ac potenter efficeret, quod purus homo peccator, & frater humanę naturę nequibat; de quo puro homine, & Deo homine ſimul verificaretur illud Dauidis: *Frater non redimit, redimet* Pſal. 48. *homo*: Perſoluit non tantum ſufficienter, ſed, & ſuper abundanter multum pro omnium hominum redemptione, precium

1.Cor.3. illud magnum: pro quo Diuus Paulus, nos viliſſimos, & ingratos peccatores excitat (ratione gratitudinis) *Ad eum glorificandum, & portandum in corpore noſtro*. Vndè repeto, quòd ex parte ſui, ſcilicet antecedenti voluntate, voluit redimere, ac ſaluare omnes, ſi poſſibile eſſet; vt in horto dixit, iuxtà ſupradictam meam ſatis piam expoſitionem. Reuelatam etiam beatæ Caterinæ Senenſi, cum eſſet in arce contemplationis: ſuppoſita ſemper expoſitione literali communi: quia tamen de facto non omnes redimuntur, nec ſaluantur, cauſa eſt, quia nolunt aliqui eum agnoſcere, atque credere mundi verum Redẽptorem, vti deberent: Sic vt omnes infideles, qui adhuc remanent ſub originali peccato captiui, & in peccato infidelitatis mortui, *Iam iudicati*, vt ipſe Redemptor ait. Aliqui alij illum Ioan.3. agnoſcunt, ac credunt verum Redemptorem, baptizanturquè iuxtà ſuum præceptum, ſuntquè ei grati; atque ideò ipſis applicatur Redemptoris meritum, & ad tempus illum ſequũtur, Luc.8. vt adulti Chriſtiani multi: *Sed, quia tentationis tempore recedũt* à Chriſto per peccatum, iterum captiuantur ſub proprio pec- Ioan.8. cati iugo; *cùm omnis peccatum faciens, ſeruus peccati ſit;* atquè vlterius in peccato perſeuerantes, & morientes (loquendo de mortali tantum, quia per illud recedimus à Chriſto) ſicquè Redemptionis pręmium, & ſalutem non aſſequuntur: Vndè melius erat eis (non ſimplicitèr, & abſolutè, ſed ipſis) ſi nati non fuiſſent. Alij Chriſtiani adulti electi, & prędeſtinati, ſi quandò deuiant; attamen iterùm ad cor reuertuntur, & ad Chriſtum ſuum, ac per pœnitentiam ipſum perſeuerantèr vſq; ad mortem ſequuntur, & ex hoc efficacitèr Redemptoris ſa- Matt.10. lutem adipiſcuntur; Quia, *Non qui inceperit, ſed qui vſque in finem perſeuerauerit, hic ſaluus erit*. Sola perſeuerantia in bono meretur coronam.

MYST.

Cupio valdè ſcire, ſi baptizati filij Chriſtianorum, morientes antè rationis vſum, ſint nè prędeſtinati, Redemptiquè? ac quomodò Chriſti meritum ſibi applicetur, & ſalui fiant, cùm non agnouerint per fidem Chriſtum, minuſq; grati fuerint, nec illum ſecuti.

MAG.

Digitized by Google

MAGIST.

Prędeſtinati quidem ſunt, & ſaluantur in merito, & per meritum Chriſti, quòd applicatur eis per Sacramentum Baptiſmi, ſecundum occultam, miſericordemq; Dei diſpoſitionem. Infunduntur illis etiam in ipſo baptiſmate, cum gratia; habitus virtutum Theologalium; nec opus eſt, vt pro ſtatu illo in actus earum exeant, cùm non obligauerit Deus ad impoſſibile. Sic & ſine poſitiua gratitudine, & Chriſti alia ſequela, ipſum ſequuntur cum gratia, & baptiſmi caractere, *Vt agni ſine macula ante Tronum Dei. Talium*, dixit Chriſtus ipſe, *eſſe Regnum cælorum*: Ergò tales prędeſtinati, & Redempti in merito Sanguinis Chriſti ſalui fiunt. Apoc. 14. Matt. 18.

MYST.

Dubijs, & obiectionibus meis optimè ſatisfeciſti; Intellexi etiam, (vt mihi videor) prædeſtinationis Quid eſt nominis, & quid rei: ac vltimò, quomodo ſunt Duo prędeſtinatorum, & electorum ordines: adultorum videlicet, & paruulorũ morientium cum Sacramento Baptiſmi antè rationis vſum. Sed vlterius per gratum mihi eſſet videre, quaſi in ſpeculo mẽti meæ repręſentatum, prędeſtinatum adultum; per prædeſtinationis effectus.

MAGIST.

Reſpice repręſentationem imaginis eius, vt optas, quantùm ad illius effectus, in prędeſtinatis multis à Spiritu Sancto quaſi depictam in Pſalmo 1. vbi de Chriſto omnium prędeſtinatorũ capite primò agit: ſecundariò & de ſuis prædeſtinatis membris, his verbis. *Beatus vir, qui non abijt in conſilio impiorum; & in via peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit.*

Solus Chriſtus Beatus fuit in re, ſecundum animæ ſuperiorem portionem à primo inſtanti ſacræ ſuę conceptionis; Quia in verbo, cui per hypoſtaticam vnionem vnita erat Sanctiſſima anima illa, clarè videbat diuinam eſſentiam, illaque fruebatur; licèt diſpenſatoriè (vt pro noſtra ſalute poſſet pati, & vt veritatem humanæ aſſumptæ naturę oſtenderet) non eſſet ſecundum inferiorem portionem beatus: & inglorium eſſet,

atque

Digitized by Google

atque paſſibile eius corpus: in certiſſima tamen ſpe, ideſt ex- pectatione completè beatificari etiam ſecundum inferiorem illam portionem, ac in corpore glorificari perfectè, ſiuè perfectè corpus ſuum glorioſum reddere. ob quam beatitudinem portionis inferioris animæ, & corporis gloriam oportuit ipſum pati, & ita per paſſionem, & mortem in vtramque intrare.

Et quidnàm primò egit, cum eſſet prędeſtinatus, ac ita Beatus? Dico, *Quòd ſciuit à malo recedere, atq; receſſit, vel reprobare malum, & reprobauit*: Vt de eo Iſaias ait: quæ receſſio, ſiuè reprobatio mali culpæ, eſt prima iuſtitiæ pars. Et quando reprobauit malum, ac ab illo receſſit? Dico, quòd *Quandò non abijt in conſilium impiorum*; Dęmonis ſcilicet tentantis in deſerto, & Iudęorum petentium ex curioſitate, vel potius ex malitia, & malignitate ſignum de cœlo ab eo fieri: Quando etiam volebant Regem terrenum conſtituere eum: Et cùm in cruce eſſet, irriſoriè perſuadebant ei dicentes: *Si filius Dei es deſcende de cruce?* & alij, *Si filius Dei eſt, ſiuè Rex Iſrael deſcendat de cruce, & credimus ei*. Si non abijt in conſilium impiorum, vt ſapiens, ac ſapientia ipſa æterni Patris; vt etiam iuſtus, ac iuſtitia ipſa, *In via peccatorum non ſtetit*, immò, nec vnquam pedem poſuit.

Cap. 7.

Mat. 4. & 12.

Ioan. 6.

Mat. 27. Mar. 15. & Luc. 23.

Deniq;, *Et in cathedra peſtilentiæ non ſedit*; ſed benè rectèq; in cathedra veritatis, viam Regni Dei veracitèr dicendo; cum *Ad hoc natus eſſet, & ad hoc in mundum veniſſet*, vt Pilato dixit; *Erat enim lux vera, illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum*. Et poſtquàm Spiritus Sanctus in illo pſalmo primã prędixiſſet iuſtitię partem in receſſu, & declinatione eius à malo, quæ eſt primus prædeſtinationis effectus; confeſtim ſubintulit ſecundam illius partem, ſicquè, & ſecundum prędeſtinationis effectum in eligendo, & faciendo bonum, cum dixit:

Ioan. 18.

Sed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die, ac nocte. Nàm Chriſtus ipſe circà legis obſeruantiam de ſe loquendo aiebat: *Non veni ſoluere legem; ſed adimplere*; licet idem ipſe eſſet legiſlator, & Dominus legis: *Sæpe etiam erat pernoctans in oratione Dei*, meditanſq;, quomodò illam adun-

Mat. 5.

Luc. 6.

guem

Digitized by Google

guem obſeruaret, vt Patri perfectè obtemperaret. Vndè in obſeruatione illius adeò fuit perfectus, quòd fuit *Velut arbor plantata ſecus riuos, & fluxus aquarum gratiarum, & virtutum, quæ fructum ſuum bonum dat in tempore ſuo*. Quod quidem tempus bene operandi, & merendi pro nobis Chriſti, à ſua natiuitate cœpit; immò, plus dicam, à primo inſtanti ſacræ ſuæ Conceptionis in Virginis vtero, quo cœpit eſſe in tempore; cum anteà, vt Deus, eſſet in æternitate; mereri cœpit pro nobis, ſe voluntariè Deo patri ſuo offerendo, vt victimanda Victima pro noſtra ſalute; & tempus illud ſuum fructificandi, & merendi ſpatio annorum triginta trium durauit, & in morte abſolutum eſt; adeò vt non amplius, veluti mortalis fructificet; ſed ſemper viuens *Patrem interpellat pro nobis*, inquit Diuus Paulus. Rom. 8. Heb. 7.

Oſtendit deinceps pſalmus idem linguæ, ſermonumquè illius perfectionem dicendo; *Et folium*, ſcilicèt verborum eius, *non deſfluet*, neque exiet ſcurrile, otioſum, vel vanum. De hac linguæ, & verborum perfectione ſic loquentis hominis ſcriptum eſt: *Si quis in verbo non offendit, Hic perfectus eſt vir*; Ioan. 3. & alibi; *Beatus, qui non eſt lapſus verbo, ex ore ſuo*. Sed omnia illius verba fuere ſale condita; non inania, nec riſu digna, Eccl. 14. immò vtilitatem, ędificationem, & admirationem audientibus præbentia. Ob hoc, & de ipſo dicebant; *Nunquam ſic locutus eſt homo*; vndè ei omnia, & opera, & verba in bonum proſperabantur, & meritoriè pro nobis, noſtraq; ſalute. Ioan. 7.

Hęc eſt prędeſtinati Chriſti, atq; multorum ſuorum prędeſtinatorum pręſentata imago; & ſi non in omnibus plenè, & perfectè, in magna ſaltem parte.

Sic, & viator vnuſquiſque prędeſtinatus, beatus eſt, primò in ſpe; ſecundariò autem beatificandus in re, & realiter, & nō confuſus; *Quia ſpes non confundit*, cum ſit certa expectatio futuræ beatitudinis, ex Dei benedicti gratia, & noſtris meritis prouenienſ; atque in Dei gratia primò. ſecundariò autem, in meritis vitę æternę dignis, proptèr gratiam fundata, & firmata; licet ſignum nullum, argumentumuè certum (cui non poſſit ſubeſſe falſum) in nobis ſit de exiſtentia in nobis gratiæ, & Rom. 5.

meri-

meritorum, niſi (vt alias dixi) per Diuinam reuelationem.

Beatus hoc pacto viator prędeſtinatus, ſi primò non abierit in conſilio impiorum ſuadentium malum culpę, clarè, & manifeſtè, vel latentèr ſub boni ſpecie occultatum, ceu ſub melle venenum.

Licèt proprio ſuo delectu, & libera voluntate aliquandò in via peccatorum, *Quæ tenebroſa, ac lubricoſa eſt;* poſuerit pedem; diu in ea perſeuerare non debet, pręſertim ad mortem vſque incluſiuè: cùm prędeſtinatus homo viator ſępe, ac ſępius queat peccare, non exiſtens ex vi prędeſtinationis in gratia cõfirmatus, & ſtabilitus; vt peccarunt primi parentes humanę naturę, Dauid Rex, homo ſecundùm cor Dei, Magdalena, & innumeri alij, qui nihilominus prędeſtinati erant: nunquàm tamèn prędeſtinatorum aliquis, in peccato mortali vſq; ad mortem perſeuerauit, ita vt in lethali peccato clauſerit vitam; neque in poſterùm talium aliquis ſic perſeuerabit: nam ſancta prędeſtinatio, potiſſimè finalem gratiam reſpicit, & includit, vti penultimum ſuum effectum. Vndè dilectus Apoſtolus Ioannes in prima ſua Epiſtola loquendo de prędeſtinatis, ad hoc propoſitum ait: *Omnis, qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit, quoniam ſemen ipſius in eo manet, & non poteſt peccare, quoniam ex Deo natus eſt*, ſcilicet per æternam prędeſtinationem. Et inferius in eadem Epiſtola cap. vltimo ait: *Scimus, quia omnis, qui natus eſt ex Deo, non peccat; ſed generatio Dei conſeruat eum.* Non dicit ſimpliciter, & abſolutè, quòd prędeſtinati non peccent, vel quòd nequeant peccare, cum in eadem Epiſtola ſuperius dicat; *Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritatis in nobis non eſt;* Verùm vult dicere, quòd prędeſtinatus, non peccat peccatum ad mortem, nec poteſt tali modò peccare: de quo peccato ad mortem, ideſt permanente, & perſeuerante in peccatore vſque ad mortem, nec in morte per pœnitentiam deletur, non vult idem Apoſtolus, *Vt roget quis pro illo*, ideſt pro illius remiſſione.

Pſal. 34. Cap. 3. Epi. p. 5.

Rationem quarè nequeat prędeſtinatus tali modo peccare; idẽ ibi dicit eſſe; quia generatio Dei, ideſt ſancta prędeſtinatio, quę ge-

quæ generat, ac producit eum ad beatam vitam ęternam, conſeruat eum finaliter in gratia, cùm qua mortale peccatum nequit ſtare: conſeruat, dico, non inferendo libero arbitrio violentiam; ſed conferendo robur, auxilium, & efficaciam ad reſiſtendum tentationibus. Vndè Paulus cap. 10. 1. Corinth. *Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari ſuprà id, quod poteſtis; ſed faciet etiam cùm tentatione prouentum, vt poſſitis ſuſtinere.* 1.Cor.10.
Et ad Romanos; *Si Deus pro nobis*, (propriè loquendo de prędeſtinatis) *quis contra nos? Certus ſum enim, quia neq; mors, neq; vita, neq; Angeli, neq; principatus, neq; virtutes, neq; inſtantia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundum, neq; creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro.* Rom.8.

Conſeruat etiam ſuos prędeſtinatos, nè peccent, ſpecialem curam, & cuſtodiam gerendo de eis, auferendo peccandi occaſiones, diminuendo, & alleuiando etiam quandoquè tentationes, ſecundum illud: *Cuſtodit animas Sanctorum ſuorum*: & iterum. *Cuſtodit omnia oſſa eorum, vnum ex his non conteretur.* Pſal.33.

Adeò cuſtodit, quòd *Cum ceciderint non collidentur, eò quia ſupponit manum ſuam Dominus: ſcapulis ſuis obumbrat illis, vndè ipſi ſub pennis eius ſperant*; nec defraudantur à re; *Si morte præoccupati fuerint, in refrigerio erunt, quia finaliter iuſtificantur, & iuſti efficiuntur.* Pſal. 96. Pſal. 36. Pſal. 90. Sap.4.

Et cùm diligant ipſum bonum Deum, diliguntur ab eo, ſecundum illud: *Ego diligentes me, diligo*: Vndè & diſponuntur ad maiorem Dei cuſtodiam, & prouidentiam; intantùm quòd omnia quæcunque faciunt, proſperabuntur; quia, iuxtà Diui Pauli ſententiam, His prædeſtinatis diligentibus Deum *Omnia cooperantur in bonum*. Vndè gloſſa ibi inquit; etiam peccatum his cooperatur in bonum; vt eſt videre in Dauide, Magdalena, Petro, Saulo, ac innumeris alijs; nàm propria ipſorum fragilitate, imbecillitate, & impotentia cognita, & quòd inſufficientes ſunt à ſeipſis ſolis cogitare aliquid boni, & bona facere, abſque Dei (principaliter agente adminiculo) magis in conſpectu Dei ſe humiliant, dicentes; Verè perditio noſtra Prou.8. Rom. 8.

ex nobis eſt; ſalus autem noſtra ex te, & à te, bone Deus: Et cum Propheta; *Omnia opera noſtra*(bona ſcilicet,& meritoriè)
Iſaiæ 26. *operatus es Domine*: magis etiam gratos ſe reddunt, cum ratione priorum beneficiorum, cum ratione remiſſionis peccatorũ, gratiæq; infuſionis,& donationis.

Et cum videant ſe illi magis teneri,& debere,intenſius ipſum diligunt, dicentes cum Propheta; *Diligam te Domine fortitudo mea, firmamentum meum,et refugium meum,adiutor meus.*
Pſal. 17.
Atque demùm feruentiores,& ſolicitiores ad benè operandum ſe ſe reddunt. Cautiores etiam in actibus cordis,oris,& operis incedunt,nè iterùm in peccata labantur, in ſui creatoris,& proximi offenſam.

In hac imagine, & forma, ſiuè rappreſentatione prædeſtinati viatoris in prędicto Pſalmo 1. etiam ſequitur, quòd *Non*
Pſal. 1. *ſedet in cathedra peſtilentiæ*: quæ cathedra peſtilentialis, eſt mala doctrina, praua vita, & malum exemplum in pernitiem, & damnationem aliorum,& maximè puſillorum; vt Hæreſis, in qua Hęreſiarcha,& Hęreticus ſedent: Lupanar, in quo meretrices,& alia multa occaſionem prębentia peccandi,& ad peccandum. Nàm,vt in peſtilentiali morbo ſedentes, domeſticos, & commertia cum eis habentes, & approximantes inficiunt: Sic & huiuſmodi inficiunt,ac ſibi adhærentes perdunt.

Si verò aliquandò prędeſtinatorum aliquis in eiuſmodi cathedra ſedit,tandem conuerſus ſe retractauit,& non perſeuerauit, vt fecerunt Magdalena, Saulus, & alij multi.

Prętereà prędeſtinati voluntas *In lege domini, & in eius lege meditatur die, ac nocte*, quò perfectius illam ſeruet: Vndè ſequitur, quod ex tali,& propter talem legis obſeruantiam *Se ſe aſſimilat ligno fructifero, ſecus fluxus aquarum virtutum, & gratiarum plantato, quod tempore ſuo opportuno fructum bonum fert, & producit in propriam, & proximorum ſalutem*. Quid amplius? aliquandò tantum proficit, ac ad tantam venit perfectionem, quòd ab eius ore verbum nullum vitioſum, mendax,
Mat. 12. immò nec otioſum exit, *De quo rationem reddemus*; ſed verba, omnia ſua ſunt prudentiæ, & ſapientiæ ſale ſalita, & condita: Vndè & ędificatoria ad ſui capitis, & magiſtri Chriſti ſimilitudinem.

tudinem. Animaduerſione dignum eſt, quòd licet prædeſtinatus non moriatur in lethali peccato, propter quod & damnetur; nihilominus per totum vitæ ſuę curſum ab annis diſcretionis vſque ad mortem peccare poteſt, ac aliquandò maiora peccata intenſiuè, & extenſiuè committere, quàm damnandus aliquis; & pro tùnc, dùm in mortali peccato eſt, ſi in illo moreretur, damnaretur.

Poteſt etiam aliquis prędeſtinatus adultus eſſe in cœlo beatus cùm modico iure proprio: Et è contra malus aliquis præſcitus, & reprobus poteſt pro paucioribus, ac minoribus peccatis eſſe damnatus in inferno cum maximo iure in cœlo; eò quia plura bona fecit in gratia, & charitate dùm viueret, quæ poſteà à ſupraueniente mortali peccato aliquo, & non deleto, ſeù remiſſo, ſaltèm in extremo ſuæ vitæ. mortificata fuere. Vndè ius ſuum ad beatam æternam vitam ſopitum eſt, & nunquàm reuiuiſcet per gratiam; ſicut nunquàm peccatum eius remittetur.

Verùm, ſicut minor gloria intenſiuè, reſpectu habentium maiorem gratiam, & maiora merita, erit ſupradicti in cœlo; ſic & iſtius damnati erit minor pœna ſenſus in inferno reſpectu eorum, qui plura, & maiora commiſerunt peccata. Studeant ergò boni ſe diſponere ad maiorem gratiã; vt per ipſam bene operando mereantur maiorem in cœlo gloriam. Mali verò ſi nolunt, vt inſenſati, & ſtulti, conuerti ad bonum: ſaltèm minora, ac pauciora committant crimina, vt in inferno remiſſiorem luant pœnam.

MYST.

Pace, & venia, cum bona gratia tua, Reuerende Magiſter, dicam, quæ ſentio in contrarium circa effectum pręcipuum illum prędeſtinatorum, & prędeſtinati capitis noſtri Chriſti; quòd videlicet, ſi omnia illis (maximè diligentibus Deum) cooperantur in bonum; enimuerò nullus vnquàm plus Chriſto Deo, ſimul, & Homine Deum dilexit: nihilò ſecius, non omnia ei cooperata ſunt in bonum; immò, quaſi omnia ſua videntur illi cooperata in malum. Nam ex eius in mundum ortu, ſibi acquiſiuit inuidiam, odium, & perſecutionem ab Hę-

Mat. 2. rode; Qui, cum ab Orientalibus Regibus audiſſet illius natiuitatem, inuidiæ, & odij liuore turbatus eſt, timens, nè ab eo eriperetur Iudęorum Regnum, quod legitimè Chriſtũ Meſſiam attinebat, vt à diuinis ſcripturis, & ſanctis Prophętis prædictum erat · licet illi intelligerent de Regno ſpirituali, cuius illud temporale typus erat; per quod ſpirituale Regnum, ſimul & ſacerdotium Chriſti ipſius Meſſiæ, omnia ſalutis bona Iudæorum populo primo (*Quia ſalus ex Iudæis eſt*) deinde omni alij gentium populo deuentura erant. Ioan. 4.

Exorta inuidia, & odio in nouum regem natum puerorum innocentium multitudo ab ipſo Hærode occiſa eſt; ſola intentione occidendi Chriſtum. Vndè, vt necẽ euaderet, opus fuit, vt à ſanctiſſima Matre ſua Maria, & à ſanctiſſimo patre ſuo legali Ioſeph, velut profugus, portaretur in Ægyptum. Item & pòſt eorum reuerſionem in terram Iudà, triginta annorum factus, & concionari cùm cępiſſet, miraculoſiſq; operibus ſuam doctrinam confirmaret, Inde infidelitatis peccatum, ſic & damnatio oritur, & perditio Iudęorum; & hac ratione ipſis dicebat: *Si non veniſſem, & locutus eis non fuiſſem, ac non feciſſem opera in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum* (ſcilicèt infidelitatis) *non haberent*. Quomodò ſibi etiam benefacta ſua cooperata ſunt in bonum, cùm omnia ſua bona, & opera, & verba à Iudæis interprętata ſint ſiniſtrè, & in malum? & ſic indè acquiſierit ſibi odium, & perſecutionem, paſſionem, atque turpiſſimam Crucis mortem; &, quòd maius eſt, derelictus ſit à Patre ſuo Deo, vt in Cruce ipſe dixit, nec inuenit conſolatorem? Ioan. 15. Mat. 27. Mar. 15.

MAGIS T.

Quandò à Diuo Paulo dicitur; Prædeſtinatis diligentibus Deum omnia cooperari; ac, ſecundùm Pſalmiſtam, proſperari in bonum; dico, quòd Chriſto magis diligenti Deum, &, viceuerſa, plus omnibus ab ipſo patre Deo magis dilectus; magis etiam ſua ei cooperata, & proſperata ſunt in bonum.

Sed animaduertendum, quòd cooperatio, & proſperitas Chriſti in bonum, duplici reſpectu poteſt conſiderari; videlicèt, reſpectu ſui ipſius Chriſti operantis bonum, vel aliorum,

pro

pro ſalute quorum ipſe operabatur. Bonum proſperitatis biſfariam ſimilitèr conſiderari poteſt, vel, vt eſt temporale bonum, & mali priuatio; Vel, vt eſt ſpirituale bonum ad æternã ſalutem attinens. Quòad temporale bonum, opera Chriſti bona reſpectu ſui ipſius, nõ ſunt illi, proſperata in bonum, imò in malum paſſionis, & mortis extinguẽtis temporalem vitam ſanctiſſimam eius: Sic & à Patre ſuo in his temporalibus malis pro noſtra ſalute derelictus fuit.

Verùm omnia iſta cooperata, & proſperata ſunt ei in bonũ gratię, & glorię ęternę electorum ſuorum: Vt ab Iſaia Prophęta illis verbis, prædictum fuerat. Iſai 53.

Si poſuerit pro peccato animam ſuam, videbit ſemen longæuum: & de Cruce ipſemet dixit: *Si exaltatus fuero à terra, omnia* (ſcilicèt mea per æternam prædeſtinationem) *traham ad me efficaciter*: Et alibi ſcriptum eſt; *Gratia, & Veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt*: *Et de plenitudine eius nos omnes accepimus gratiam pro gratia*. Ioan. 12. Ioan. 1.

Sed quantùm ad bonum gratiæ, & gloriæ eſſentialis, nec potuerunt illi proſperari, cùm non poſſet pro eis acquirendis mereri: nàm à primo inſtanti ſuæ ſacrę Conceptionis plenus fuit huiuſmodi gratia, & gloria, iuxtà illud: *Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi Vnigeniti à Patre, plenum gratiæ, & veritatis*. Ioan. 1. Nec etiam vtriuſque augmentum vllum potuit mereri, cum eſſet plenus in ſummo, & in termino; & tantam haberet gratiam, & gloriam eſſentialem, quantę capacitatis erat anima eius ſanctiſſima, ratione Hypoſtaticę vnionis, à tota ſanctiſſima Trinitate illi collatam: Et quòd nõ poſſet ſibi mereri augmentum gratiæ, & eſſentialis glorię: non quidem ex deffectu, vel ex impotentia; ſed ex maxima eius perfectione prouenie-bat, vt clarè patet. Benè autèm eius paſſio eſt illi proſperata in bonum prę mij accidentalis; quia per ipſam meruit ablationem, ſiuè remotionem miraculi, impedientis, & prohibentis, nè animę gloria redundaret in portionem inferiorem, & in totum corpus, illucusq; in portione ſuperiori detenta; & ſic totam, ac totalitèr humanitatem illam beatificaret, & glorificaret; vt, poſt remotionem illam, factum eſt. Meruit inſupèr,

nomen

Digitized by Google

nomen exaltationis Redemptoris, & Capitis omnium fide-
Phil. 2. lium; *Cui omne genu cæleſtium, terreſtrium, & infernorum fle-
ctitur, & omnis lingua confitetur ei*, quòd meritò exaltatus ſit in
caput anguli ędificij Eccleſię militantis, atque triumphantis;
Pſal. 109. eò quia; *De torrente paſſionum, & męrorum in mortali hac via
bibit*. Meruit vltimò, vt mors vltrà non dominetur; quia illi
reſurgenti, *Mors vltrà non dominabitur*, inquit Apoſtolus
Rom. 16. Paulus.

Inſupèr eius benefacta, & benedicta verba, illibatęque vir-
tutes cooperatæ, & proſperatæ ſunt ei in bonum exemplum
imitationis ſuorum fidelium; *Si quidem pro nobis paſſus eſt, vt
ſequamur veſtigia eius*: ait Diuus Petrus. Ortus eius in mun-
1a p. 2. dum, nulla ex parte ipſius effectiuè acquiſiuit ſibi ad Hęrode
inuidiam, odium, vel perſecutionem, niſi occaſionalitèr, &
conſecutiuè; quia ſtante eius natiuitate, & malo Hęrodis ani-
mo, nolentis illam; Vndè debuerat eam omni gaudio in Spi-
ritu Sancto venerari ad ſimilitudinem ſimplicium paſtorum;
Chriſtumq; natum omni amore, ac grata beneuolentia com-
plecti, & paratum eſſe illi parere, in eumq; credere, tanquam
in verum Meſſiam, & ſalutis authorem, Orientalium Regum
exemplo, contrà concepta, & orta ſunt omnia prędicta mala ab
eius mala voluntate: Quia, ſicut à bono, dum in bonitate per-
ſeuerat, non niſi bonum; ſic, & à malo, non niſi malum. *Et
Ioan. 3. omnis male agens odit lucem, nec ad veritatis lucem venit, nè argu-
antur opera eius mala. Qui regna dat cæleſtia, non eripiens morta-
lia; modis omnibus debuerat ergò ab Hærode gratantèr ſuſcipi, ve-
nerari, ac diligi*.

At inuidia, odium, & perſecutio Hærodis proſperata ſunt
ei in bonum martyrum puerorum, qui non loquendo, ſed mo-
riendo confeſſi ſunt Chriſtum Meſſiam; cùm illius occaſio-
ne, & finali cauſa ab Hærode interempti ſint. Martyres etiam
Chriſti fuere, cùm non ſimpliciter pœna, ſed cauſa martyrem
faciat.

Proſperantur etiam iſta in bonum omnibus pijs affectis,
inuidia, & odio (abſque vlla ſui cauſa) ab iniquis, perſecutis
propter iuſtitiam, patienterq; tolerantibus illorum inuidiam,
odium,

Digitized by Google

odium, & perſecutiones. Vndè, & merentur coronam gloriæ accipere, iuxtà illa Domini Saluatoris noſtri ſententiam; *Beati, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.* Mat. 5.

Quod verò Chriſtus ex ſuo aduentu ad Hæbreos, concionibus, & miraculoſis operibus non acquiſierit ab eis fidem, quin potius infidelitatem, & obdurationem cordium eorum, maximè à Scribis, & Phariſeis, Sacerdotibus in lege peritis; hoc propter ipſorum indiſpoſitionem fuit. Nam Chriſti bonum, dicebant malum, & luci eius opponebant tenebras falſitatis peccantes ex certa, determinata, & oſtinata malitia in Spiritum Sanctum, in quo peccato, & mortui ſunt. Sicut, Ioan. 8. & illis dixit; *Moriemini in peccato veſtro.*

Nec æquum erat non venire Chriſtum in mundum, vt iſtorum dictum peccatum euitaret: cùm bona Dei Patris voluntas circa Filij miſſionem, & in omnibus à ſe determinatis futuris, non debuerit ob vllum peccatum prçuiſum prçpediri; ſicuti redemptionis bonum humani generis, quod operaturus erat, ac operatus eſt per ſuum in mundum aduentum; licèt interueniente ſcandalo, peccato, & reprobatione Iudçorum, cùm adoptione gentilis populi; *Ex illorum quippè delicto ſalus orta eſt gentibus*, vt inquit Paulus. Rom. 11. *Quid enim ſi quidam illorum non crediderunt, nunquid fides Dei euacuata eſt? abſit.* Rom. 3.

Quòd autem benefacta Chriſti non ſint in bonum proſperata iſtius modi hominibus ſupradictis ratio fuit; quia ſiniſtre, & in malum omnia ſunt interprçtati: Et ſic acquiſiuit ipſe Chriſtus per paſſionem, & mortem ſuam, ſalutem prçdeſtinatis, pro quorum ſalute erat efficaciter miſſus: omnia Chriſti, & facta, & dicta benè, & rectè interprçtata ab eis, ad ſalutem fuere. quicquid euenerit in contrarium Iudæis, ob illorum (vt dictum eſt) cauſam.

Quando dicitur, quòd acquiſierit indè ſibi paſſionem, & mortem; dicitur rectè reſpondendo, quòd abſque aliquo eius facinore, vel demerito: filij illi iniquitatis, & in reprobum ſenſum dati illam procurarunt, ac per miniſtros malos eam intulerunt: non autem acquiſiuit; quia ſolùm iniquus acquirit,

& iu-

Digitized by Google

& iuſtè ſibi pœnam, & mortem: non inſons, & iuſtus; ſed benè illam voluntariè, & patienter tulit, vt debuerat, *cùm eſſet*
Ioan. 12. *frumẽti granum à Patre ſuo æterno in terram huius mundi miſſum, vt moleretur, & mortificaretur*, præuiſa, & ſuppoſita Iudęorum libera mala voluntate: Vndè poſt mortificationem, & mortem in glorioſa Reſurrectione, ſpicarum fructum proſperitatis, & cooperationis in bonum adferret; de quo fructu ſatis ſupradictum eſt.

Quantum autem ad id, quòd à Patre ſuo dilectiſſimo in cruce derelictus fuit; Non quidem quò ad naturam Diuinam, ſecundùm quam cum Patre vnum eſt, & in quo Patre circumínceſſiuè ſemper eſt, & ipſe idem Pater ſic in eo, vt Scolaſtici, & benè, aiunt: Neque quantùm ad humanam naturam derelictus fuit à perſona Diuini Verbi, cui humanitas illa ſanctiſſima erat hypoſtaticè vnita; cum ſecundum Damaſcenum; *Verbum, quod ſemel aſſumpſit, nunquàm dimiſit*; loquendo de partibus eſſentialibus humanitatis, quæ ſunt anima, & corpus; & ex conſequenti, nec à Patre; licèt, ſic hypoſtaticè non eſſet ei vnita. Derelictio iſta verò fuit in paſſionibus, doloribus, & mœroribus, vt ſupra tactum eſt: In illis relictus fuit, abſque vlla ex conſolationibus, quibus Deus Pater ſolari ſolet charos ſuos pro ſe, & pro iuſtitia, & veritate certantibus, & patientibus. Enimuerò pro tunc nequibat Patri dicere illud:
Pſal. 93. *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam*; intelligendo hoc ſecundum animę inferiorem portionem.

Sed derelictio huiuſmodi proſperata eſt; & in bonum cooperatur nobis membris ſuis myſticis; Quia, quando abſq; conſolatore aliquo relinquimur in pœnis, paſſionibus, doloribus, triſtitijs, mœroribus, & perſecutionibus, ac plerunque iuſtè
Heb. 12. pro peccatis noſtris, *Reſpicientes in authorem, & conſummatorem fidei noſtræ Ieſum, qui tanta à peccatoribus ſuſtinuit; & propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem, & derelictionem*, vt dictum eſt: Tunc facilius ſuſtinemus patientèr; immò cum gaudio; vti
Actuũ 5. Apoſtoli *Ibant gaudentes à conſpectu Concilij, quoniam digni habiti ſunt contumeliam pati pro nomine Ieſu*: intuentes dedecere

membrum

Digitized by Google

membrum delicatum ſub capite ſpinoſo; vt ait deuotus Bernardus.

M Y S T.

Antequàm vlterius procedas, optarem ſcire; an vnquàm aliquis prędeſtinatus ſit reprobatus, & damnatus, vel poſſit reprobari, & damnari: Sic econtrà, ſi pręſcitus, & reprobatus aliquis ſit ſaluatus, aut poſſit ſaluari.

M A G I S T.

In ſupradictis aliqualiter, & ferè accidentaliter, & per tranſennam de hoc eſt dictum; verùm hic propriè, clarius, & fuſius pro tua ſatisfactione dicam veritatem à priſcis Theologis, & ab omnibus modernis aſſertam, cum diſtinctione.

Cum ergò deſiderium tuum in partes ſecetur duas, ſcilicet reſpectu pręteriti de facto, & futuri de poſſibili: Quò ad præteritum, dico; nunquam aliquem prædeſtinatum æterna prædeſtinatione fuiſſe reprobatum, & ex conſequenti damnatum: Sic, & nullum reprobatum, & reprobum fuiſſe amplius electum, & prædeſtinatum, & conſequenter ſaluatum: quod ſic probatur; Nullus moriens in gratia eſt reprobus, & damnatus, quia Dei gratia, maximè finalis, dat vitam æternam, quæ electis, & prędeſtinatis à Deo ordinata eſt: ſed omnis prędeſtinatus æterna prædeſtinatione in gratia moritur, cum ſit hic penultimus effectus prædeſtinationis, vt notùm eſt; Ergò nullus prædeſtinatus eſt reprobatus, nec damnatus. Econtrà, moriens in ſtatu peccati mortalis, reprobus, & damnatus eſt, nec vnquàm à peccato liberatus: vndè ſequitur, quòd remanet ſemper damnatus; &, ex conſequenti, nunquàm poterit prædeſtinari: Itidem nec electus, & prædeſtinatus reprobari, & damnari poterit: (loquendo de potentia Dei ordinata, ſubiecta legibus à Diuina ſapientia, & voluntate firmitèr latis.) Certè ex fide hæc tenentur, dicente diuina Scriptura. *Lignum in quocunque loco ceciderit, ſiuè ad Auſtrum, ſiuè ad Aquilonem, ibi erit*. Hic lignum cadens, eſt mortuus homo; pro Auſtro calidiſſimo vento, & regione, Dei gratia, & charitas accipitur, pro Aquilone, frigidiſſima regione, & vento, accipitur peccatum, ſiuè ſtatus peccati poſt mortem: Vterque enim iſtorum Eccl. 11.

O ſtatuum

Digitized by Google

ſtatuum eſt immobilis, nec ab vno ad alium datur tranſitus; vt in Euangelio, & hiſtoria, diuitis Epulonis, & mendici Lazari dixit Abraham diuiti petenti pauxillum auxilij: *Inter nos, & vos chaos magnum firmatum eſt; vt ij, qui volunt hinc tranſire ad vos, non poſſint*; ideſt, etiam ſi vellent, non poſſint; *Neq; indè huc tranſmeare*. Reddens rationem huius impoſſibilitatis, dicit; *Eſſe Chaos firmatum, & immobile*. Quodnam eſt iſtud chaos inter electos, & reprobos ſic firmatum, impediens tranſitum ab vno ſtatu ad alium poſt mortem? niſi Dei inſcrutabile, & immutabile iudicium?

Luc. 16.

MYST.

Recordor me audiuiſſe Traiani Imperatoris Pagani, & Tyranni animam, precibus Magni Gregorij Papæ, ab inferno inferiori liberatam, atque ideò ſaluatam; licèt, contrà Chriſti fidem, vltrà decem millia vtriuſque ſexus homines interemiſſet; quid ad hoc reſponderi poterit?

MAGIST.

Pro confirmatione mirabilis huius liberationis animę Traiani ab inferno inferiori precibus Diui Papæ Gregorij liberatæ; à Diuo Ioanne Damaſceno in ſuo de Defunctis libro, ſic ſcriptum eſt: Gregorius, qui à noſtris Dialogos dicitur, veteris Vrbis Romæ Epiſcopus; Vir, qui, vt teſtantur omnes, ſacrarum diſciplinarum intelligentia celebris; Cui etiam, vt fertur, ſacra facienti cœleſtis Angelus ſocium ſe addidit ſimul ſacrificans; cùm per forum Traiani lapidibus ſtratum iter faceret, validas preces ad miſericordem animabus propitium dominũ habuit, vt Traiano Regi peccata dimitterentur: & confeſtim vox Diuinitus allata audita eſt, in hunc modum dicens: *Preces tuas audiui, & veniam Traiano do*: Tu verò deinceps pro impio hoſtiam mihi nè offeras. Teſtatur autem, & oriens, & occidens totum miraculum hoc germanum, & irrefutabile. Vndè idem Sanctus Damaſcenus exclamat; *Mirabilis es Domine, & mirabilia ſunt opera tua, ac miſericordiam tuam ineffabilem rectè glorificamus*: Vndequaque enim ad miſericordiam propenſus es, ſeruiſque tuis varias occaſiones ſalutis fraternæ dilectionis, ſolidæ ſpei, ac fidei erga te præbes, docens per famulos

mulos tuos, nos inuicem mutuis beneficijs debere proſequi; qualia ſunt propitiationes, & holocauſta, hymni pſalmorum, cantus, & preces. Hæc ſunt verba formalia illius doctiſſimi, & ſanctiſſimi Patris in prędicto libro ſuo: ex quo miraculo videtur dari tranſitus contra id, quod ſuprà dictum eſt. Si quis autem diceret; quomodo ergò verificabitur illud Eccleſię dictum; In Inferno nulla eſt redemptio; ſi Traiani anima ab inferiori inferno liberata eſt? Reſpondetur, quòd illius dicti decretum intelligitur de lege communi, & ordinata potentia in inferno inferiori nulla eſt redemptio, atq; ſecundum hanc non potuit Traiani anima liberari; liberata ergò eſt ſpeciali priuilegio: quod quidem ſpeciale priuilegium non ſoluit vniuerſalem legem; immò, cum ipſa ſtat, & relinquit eam in ſuo robore pro omnibus alijs non priuilegiatis.

Sicut enim Princeps aliquis independens à quouis alio, & ius, ſiue iudicium ſuum, eſt ſupremi tribunalis, ferens vniuerſalem legem, ſiue decretum, nè quis faciat hoc, vel illud; quòd, ſi quis contrafecerit, pœna plectatur tali, vel tali; Nonne, quandò talem fert legem, poteſt apud ſe, & in ſuo conceptu, gratia ſpeciali, & priuilegio determinatè eximere aliquem, vel aliquos, ſecundum ſuum beneplacitum, à legis tranſgreſſione, & pœna, licèt contrafecerit? poteſt quidem, & nemini propterea iniuriam facit; cū à nullo ſubditorum dependeat, & nemini teneatur.

Sic multò magis, Dominus Deus in inſtanti, ac ab inſtanti æternitatis, quandò propoſuit hominibus dare iuſtas, & rectas leges; & pro tranſgreſſoribus ſanciuit, & ordinauit purgatorij, & inferni pœnas; Nonne in ſuo arcano conceptu potuit ſpeciali gratia, ac priuilegio abſolutè eximere à pœna tranſgreſſionis aliquos ſecundum ſuum beneplacitum, & gratioſam liberalitatem concedere, remittendo legis offenſam, & pęnam, in gratiam quoq; recipiendo, abſque alicuius iniuria, vel præiudicio, cum à nullo dependeat, & nemini teneatur? potuit quidem; Sic credere poſſumus cum Traiano fuiſſe factū, & eum ad tempus determinaſſe in inferno, ſcilicèt quouſque Magnus Diuus Gregorius oraret pro ipſo: cuius preces gratas,

Digitized by Google

& acceptas fore voluit. Vlterius, quandò dicitur, quòd in Inferno nulla ſit redemptio; intelligitur pro his, qui in inferno ſunt definitiuè pro ęterno: Traiani autem anima haùd erat ibi definitiuè; ſed ad tempus tantummodò, vt dictum eſt. Quomodò autèm fuerit de numero prędeſtinatorum? dicitur; quòd fuerit de numero iſtorum, non per prædeſtinationem nouitèr factam, quando erat in inferno; ſed per æternam, quæ finalem (non in hoc mortali ſæculo) reſpiciebat gratiam; ſed benè in alio, quandò Diui Gregorij precibus remiſſa ſunt ei peccata; & ex conſequenti, collata gratia per contritionem, ſiue per pręcedentem perfectam diſpoſitionem; quia contritio eſt in anima ipſo facto, & in eo inſtanti, quo & ipſa gratia gratificans, pręuia ſemper diſpoſitione per attritionem, quam habere potuit anima Traiani concurrente Deo, ac Dei dono; atq; omnia hæc ſpeciali, ſiuè particulari Dei benedicti gratia, & priuilegio, vt ſuprà declaratum eſt.

Ad ſecundam huius quæſtionis partem, quæ reſpicit præſens, & futurum: An ſcilicèt prędeſtinatus poſſit reprobari, & damnari; ac econtrà, reprobatus prędeſtinari, & ſaluari; vndè ſic prædeſtinatorum, & reproborum augeatur, vel minuatur numerus.

Quidam ſic reſpondet; quòd huiuſmodi quæſtio conſiderari poteſt, aut ex parte Dei authoris prędeſtinationis, & reprobationis; vel ex parte ipſius prædeſtinationis, & reprobationis; aut adhuc ex parte prædeſtinati, & reprobi, ſiuè reprobati: Si conſideretur ex parte Dei, aut loquimur de potentia ipſius abſoluta, aut ordinata. Si primo modo, ſcilicet de potentia abſoluta, quæ nunquàm eſt exhauſta; immò nec quoquomodo diminuta, ſeu debilitata; tunc non vnum ſolum, aut plures, ſed & omnes prędeſtinatos poſſet reprobare, & damnare; atq; econtrà, omnes reprobos prædeſtinare, & ſaluare, Quia huic ſuæ omnipotenti, & abſolutę voluntati, nil poteſt reſiſtere præualendo, ac non eſt illi impoſſibile verbum aliquod non implicans contradictionem.

Si verò loquamur de ordinata, ſeu ſecundum ordinatam potentiam; de quà ſupra tactum eſt, quæ ſubeſt legibus à ſua ſapien-

pientiſſima voluntate ſancitis; Sic non poteſt, cùm non ſit, vt homo; qui mutatur; ſed ſtabilis ſemper manens, dat cuncta moueri, & mutari. Ideò ergò non poſſet pędeſtinatum aliquem reprobare, & damnare, ſeu reprobatum pędeſtinare, & ſaluare; Nec per conſequens augere, vel minuere prædeſtinatorum, vel reproborum numerum, intelligẽdo ſemper ſecundum ordinatam potentiam.

Ex parte autem Pędeſtinationis, & reprobationis dicendum, quòd ſimiliter nequit; Quia pędeſtinationis actus menſuratur ęternitate: Ideò, ſicut nunquàm cadit ſub pęterito, ſic nec ſub futuro; ſed ſemper ſub pęſenti, inquantum ab ipſa diuina voluntate egreditur propter ſuam abſolutam libertatẽ; reprobatio etiam eodem modo, quantùm ad pœnam; non autem quò ad culpam, cuius culpę Deus nequit cauſa eſſe, & ad quã effectiuè non concurrit. Vndè abſolute non poteſt Deus aliquem pędeſtinatum non pędeſtinaſſe, vel reprobum non reprobaſſe; nec augere, aut minuere prædeſtinatorum, ſeu reproborum numerum: cum Deus mutabilis non ſit, vt dictum eſt.

Item alia via oſtenditur; Nam ſi aliquis pędeſtinatus poſſet fieri reprobus, eſſet contra certitudinem Diuinę pęſcientię, & pędeſtinationis. Itidem ſi aliquis pęſcitus, & reprobus poſſet fieri pędeſtinatus; eſſet contra rectitudinem diuinę pęſcientię, & reprobationis: quia ſic numerus pędeſtinatorum, & reproborum poſſet diminui, & vtrumque eſt inconueniens, ac impoſſibile, facta præſuppoſitione, quod tot, & tales pędeſtinauerit, vel reprobauerit. Et ſic certitudo numeri pędeſtinatorum colligitur ex duplici certitudine (nempe) ex certitudine Diuinę pędeſtinationis, & ex certitudine Diuinę pęſcientię. Iudem certitudo numeri reproborum colligitur ex certitudine Diuinę pęſcientię, & reprobationis; ſed aliter, & aliter, Quia certitudo pędeſtinationis eſt certitudo Diuinę cognitionis, & ordinis in finem vitę æternę; iuxta quam pęſcientiam, ac finem locutus eſt Diuus Paulus ad Romanos ita, quos pęſciuit, & pędeſtinauit, & c. Certitudo verò diuinę pęſcientię, & reprobationis eſt tantùm certitudo cogni-

tionis,

tionis, non autem ordinis, Quia non ordinauit Deus homines reprobos ad peccandum, ſicut ordinat prędeſtinatos ad benefaciendum & merendum.

Ex parte autem ipſorum prędeſtinatorum, & reproborum, cum quęritur, An Deus poſſet non prędeſtinare prędeſtinatos, & non reprobare reprobos, Dicendum, quod quęlibet iſtarũ propoſitionum poteſt accipi in ſenſu compoſito, vel in ſenſu diuiſo: Si accipiatur ſecundum compoſitum ſenſum, vt ſic, nulla vera, ſed falſa vtraque, cum nequeat non facere, quod iam factum eſt, Et ſenſus compoſitionis, ſiue compoſitus eſt iſte, Deus reprobat, ac damnat, quos prędeſtinauit; Vel ſic, iſta propoſitio Deus reprobat, ac damnat quẽ, vel quos prędeſtinauit, eſt poſſibilis, vel ſic iſta propoſitio eſt paſſibilis: Deus reprobat, quem vel quos prędeſtinauit quę eſt falſa, & impoſſibilis: Quemadmodũ iſta, Arbor mala poteſt fructus bonos facere, vel bona malos, & iſta, Albũ poteſt eſſe nigrũ, quę in ſenſu cõpoſito valet iſtam: Hęc propoſitio album eſt nigrũ, eſt poſſibilis, quod eſt falſum, & impoſſibile. Idem dicendũ de hac Deus poteſt reprobũ prędeſtinare, & ſaluare: quod falſum, ac impoſſibile eſt, quia eſſet ſenſus Deus prędeſtinat, ac ſaluat reprobos, & damnatos, vel hęc propoſitio, Deus prędeſtinat, & ſaluat reprobos, & damnatos, eſt poſſibilis, quod ſimiliter eſt falſum, & impoſſibile. Conſideratur enim in hoc ſenſu cõpoſito prędeſtinatio cum determinatione iam facta in ſubiecto tali, vel tali, vt puta in Petro, vel alio. Similiter reprobatio in Iuda, aut alio; & ſic ſtante, & perſeuerante prędeſtinatione in Petro, vel alio, & reprobatione in Iuda, ſiue alio, Eſt impoſſibile, vt Petrus reprobetur, Iudas autem, vt prędeſtinetur, & ſaluetur: Sicut impoſſibile eſt, vt album lignum, vel aliud ſubiectum cum albedine, ſit nigrum, & arbor bona, vel mala cum his qualitatibus faciat fructum malum, vel bonum.

In ſenſu vero Diuiſo quęlibet eſt abſolute vera, quia (vt dictum eſt.) in puncto ęternitatis poteſt Deus hunc prędeſtinatum, vel quemuis alium non prędeſtinare, Atque hunc reprobum, vt Iudam; non reprobare, immò prędeſtinare; Et duo iſta, ideſt prędeſtinare, & reprobare vera ſunt de eodem ho-

mines

mine: haud tamen ita vera, vt poſſint ſimul copulatiuè eſſe oppoſitorum, videlicet prędeſtinari, & non prędeſtinari, reprobari, & non reprobari, ſiue prędeſtinari, & reprobari, reprobari, & prędeſtinari; Quia tunc duo oppoſita contradictorie verificarentur de omnino eodem vno: quod eſt falſum, & impoſſibile.

Sed bene vtrumque diuiſim, videlicet prędeſtinare poteſt, vel reprobare iſtum, vel illum cum vtrumque ſit contingens, & à libera Dei voluntate; Nec etiam ita vera ſunt, vt vnum ſuccedere poſſit alteri; Quia in æternitate eſt vtrumque, ſed vera ſimul inquantum volitio Diuina conſideratur, vt naturaliter prius tranſitu ſuo ſuper obiectum volitum, quod eſt gloria iſti, & non illi, & in illo priori: naturaliter non repugnat ſibi, eſſe oppoſiti obiecti; videlicet, Sicut prędeſtinat Petrum, poteſt non prædeſtinare, & prędeſtinare eum, qui nunc eſt reprobus; Vndè æqualiter poteſt eſſe oppoſiti obiecti, ideſt, prædeſtinationis, & non prędeſtinationis, reprobationis, & non reprobationis, licet non ſimul copulatiuè amborum, ſed (vt dictum eſt) diuiſim. Non tamen illæ propoſitiones ſunt verę ex ſuppoſitione, ideſt ſuppoſito, quod Diuina voluntas determinata ſit ad iſtam, vel ad illam partem propter immobilitatem diuinæ voluntatis, Quia omnis Diuinę voluntatis determinatio ſemper eſt ab ęterno; & nil de nouo, ſeu nouiter vult, quòd ab ęterno non pręordinatum fuerit.

Si tamen poſſit Deus nunc aliter ordinare, quam ab ęterno ordinauit, nouit ipſe; quia à Sancto Ambroſio dicitur; *Nouit Deus mutare ſententiam, Si tu noueris emendare delictum;* Et in Ezechiele cap. 8. ſcriptum eſt; *Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea, feceritq; iudicium, & iuſtitiam, Vita viuet, & non morietur; omnium iniquitatum eius, quas operatus eſt, non recordabor: iuſtitia ſua (quam operatus eſt, viuet. Et viceuerſa. Si auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem ſecundum omnes abominationes, quas operari ſolet impius; Nunquid viuet? omnes iuſtitiæ eius, quas fecerat, non recordabuntur: in prauaricatione, qua prauaricatus eſt, & in peccato ſuo, quod peccauerat, in ipſis morietur.* Ex hoc ab aliquibus ſolet dici.

Poſſemus Catholice dicere, quòd aliquãdo mutat ſententiam, quãdo eſt tantũ cõminatoria, & ſub cõditione prolata.

Si

Si non es prædeſtinatus, fac, vt prædeſtineris. Hanc ſententiam aliqui Diuo Auguſtino aſcribunt; Sed re vera in hac forma non eſt Auguſtini, nec inuenitur, Vbi vnquam ſic dixerit: Sed tantum dixit, *Si non es tractus, ora, vt traharis;* volens dicere. Si non es diſpoſitus ad tractum præuenientis gratię Spiritus Sancti, minusq; ad gratiam liberantem à peccato; & ſimul ſanctificantem; fac, quod in te eſt orando Deum, vt à te auferat cor lapideum, & mollificando conuertat illud in cor carneum, & ſic traharis.

Ex ſupra declaratis (redeundo ad completam concluſionē, & finem) tenendum eſt, quod numerus prędeſtinatorum, & reproborum nec augeri poteſt, vel minui: Quia prędeſtinatio eſt actus egrediens à Diuina voluntate, & manens in ea: ſimiliter, & reprobatio quoad pœnam, quę ſecundum iuſtitiam debet infligi, non autem quantum ad culpam. Vnde Auguſtinus in Enchiridion. *Superna* (inquit) *Hieruſalem Mater noſtra; Ciuitas Dei: nulla Ciuium ſuorum numeroſitate fraudabitur, aut vberiori copia fortaſſe regnabit.* Quia actus prædeſtinationis non eſt ſimilis actui creationis, ſecundum quem poteſt plures, vel pauciores creaturas producere, & creare; quia licet creationis actus procedat à voluntate Diuina, vt & prędeſtinationis; tranſit tamen in exteriorem materiam, ideſt in res creatas, vel de nihilo productas.

MYST.

Si Reuerende Magiſter, verum eſt quod dixiſti, videlicet non poſſe Deum prędeſtinatum reprobare, vel reprobatum prędeſtinare accipiendo has propoſitiones in ſenſu compoſito, videlicet accipiendo prędeſtinatum, vel reprobatum: ſecundū quod prędeſtinatum, vel reprobatum eſt, cum prędeſtinatione, vel reprobatione in ſubiecto determinato, propter immutabilitatem Diuinę voluntatis, & ordinis eius, vnde ſequitur, quod numerus prędeſtinatorum, & reproborum augeri, vel minui non poteſt.

Quomodo ergo vera erit, Diuina Scriptura in libro Apocalipſeos 3 dicens, *Tene, quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam;* vbi videtur, prædeſtinatum ſimpliciter poſſe perdere

Apoc. 3.

coronam

Digitized by Google

coronam gloriæ, ſic & reprobari, ac damnari; Etiam accipiendo propoſitionem iſtam in ſenſu compoſito, quia dicit, quod habes, videlicet per diuinam prędeſtinationem; loquendo de prędeſtinato viatore; Et vlterius alter in locum ſuum ſubſtitui, ſuper quo verbo Auguſtinus ait, quòd alius non eſt accepturus, niſi iſte perderet, quod etiam prędeſtinatorum numerus queat augeri · patet per alium locum in Deuteronomio, ſic: *Dominus Deus patrum veſtrorum addat ad hunc numerum multa millia, & benedicat vobis*. Niſi, igitur poſſet augeri prędeſtinatorum numerus, non oraret ibi Moyſes pro accremento. Deut. 1.

In libro Iob 34. ſimiliter ſcribitur, *Conteret multos innumerabiles, & ſtare faciet alios pro eis*. Hinc clarè videtur, quòd vitę ęternę locum alijs cadentibus (videlicet à gratia) Alij per Diuinam prędeſtinationem ſortiantur. Iob. 34.

MAGIST.

Certum eſt, quòd diſtinctio pulchritudinem intelligentię parit, & qui neſcit diſtinguere, neſcit intelligere. Per diſtinctionem ergo ſoluam dubium iſtud, ac fidelem interpretationē Diuinę ſcripturę in pręallegatis locis tradam.

Animaduertendum igitur, quòd corona glorię dicitur eſſe alicuius, vel aliquorum duplici modo; vno ex ęterna diuina prędeſtinatione, & ſic nullus vnquam prędeſtinatus amiſit, vel amittet coronam ſuam.

Secundo modo dicitur eſſe alicuius ex merito, & ſecundum meritū pręſentis iuſtitię; quod enim quis meretur, quodam modo ſuum eſt, ac ſic coronam ſuam aliquis perſequens mortale peccatum perdere poteſt. Ad hunc ſenſum intelligebat Diuus Paulus ſententiam ſuam quando dicebat; *Qui ſe exiſtimat ſtare* (videlicet in gratia, & merito vitæ æternę) *videat ne cadat*; intelligendo à gratia, & merito, & ſic amittat coronam gloriæ illi gratiæ, & merito debitam; & quod corona glorię ſic debita ſecundum pręſentem iuſtitiam poſſit perdi, ac in locum ſuum alter poſſit ſubſtitui; Exemplum memoria dignum habemus de illo, qui erat in calidiſſimo Balneo, cum alijs triginta nouem ſotijs martyribus patientibus pro Chriſti fide; Nam exiens e 1.Cor.10.

Balneo, & non perſiſtens in ſua confeſſione, amiſit coronam gloriç ſibi pro tunc debitam, quando in gratia, & merito erat pro fidei Chriſti confeſſione. Quam coronam gloriç illorum cuſtos ſibi acquiſiuit, ſubſtitutus in iſtius locum, intrans & ipſe cum alijs perſeuerantibus in Balneum, Chriſti fidem confitendo, ac in ſua confeſſione perſeuerando vſque ad mortem viriliter. Alius igitur, amiſſam coronā accepit alterius inquantum in ſuum locum fuit ſubrogatus, & ſacratū numerum quadragenarium redintegrauit.

Conteret ergo Deus multos, & innumerabiles, vt Iob ait, permittendo peccare, & iuſtè pro ſuis peccatis r. p obando, ac ſtare facit alios pro eis ad prędictum ſenſum, ſi ut etiam in locum ruentium Angelorum ſubſtituti ſunt homines, nō tamen ex prçuiſione caſus illorum, ſunt homines prædeſtinati, & ſubſtituti; vt non queat, quis gloriari de caſu alterius. In locum Iudæ ſubſtitutus eſt Mathias, in locū Iudęorum ſubſtitutę ſunt gentes, vt eſt fide dignus teſtis Diuus Paulus.

Dicitur etiam vnus, alterius coronam accipere alio modo; in quantum bona vnius proſunt in auxilium gratiæ in hac vita, vel in auxilium gloriæ in alia alterius: propter connexionem charitatis, quæ facit bona membrorum Eccleſiæ cōmmunia. Vnde ad hunc ſenſum pſaltes Regius: *Particeps ego ſum* Pſal. 118. *omnium timentium te, & cuſtodientium, &c.*

Valde animaduertendum eſt ex ſupra declaratis, quando dicitur quoſdam ſubrogari cadentibus alijs: non omnino, vt coronam vitę æternę aliquando accipiant omnes ſubrogati. Vniuerſaliter autem intelligitur ſecundum pręſentem iuſtitiā; neque ſimpliciter, & proprię coronam gloriç amittentes: de numero ſaluandorum vnquam fuere; Neque in ipſorum locū ſubſtituti de numero omnino reproborum. Iudas ergo ſimpliciter. & propriè non fuit prędeſtinatus, neque de ſaluandorum numero: licet in numero duodecim Apoſtolorum fuerit electus. Mathęus, & Mathias omnino, & ſimpliciter non fuerūt reprobi, vel de numero reproborum, Ideò Diuus Euangeliſta Ioannes in ſua prima Epiſtola cap. 2. ait, *Ex nobis prodierunt ſed non erant ex nobis*, intelligendo per ęternam electionem, ac

prędę-

Digitized by Google

prędeſtinationem. *Nam ſi fuiſſent ex nobis*, ideſt ex noſtris, ſecundum ęternam prędeſtinationem; *Permanſiſſet vtique nobiſcum*: intelligendo in fide, gratia, & charitate, ſaltem finali, & finaliter.

Ad authoritatem verò Deuteronomij quando Moyſes optãdo precabatur addi multa millia numero filiorum Iſrael, dicitur: quod numerus Millenarius eſt numerus perfectionis, ac perfectorum; Vndè Antiquitus cum alicui optabant ſalutando omnem perfectionem, & omne bonum, mille tibi aiebant; Optabat ergò Moyſes multiplicari numerum bonorũ, ac perfectorum filiorum Iſrael, & addi bonorum, & perfectorum numero; vt creſceret (ſicut promiſerat Deus Abraamo) ad ſimilitudinem ſtellarum Cœli; vel addi numero mixtorum ex bonis, & malis: ſicut, & mixti erant, vt ſic bonitas, & perfectio malitiam vinceret.

Sic etiam boni ſecundum pręſentem iuſtitiam poſſunt multiplicari: & bonis prędeſtinatis ſecundùm finalem iuſtitiam (pro ſtatu iſto) iungi, ac ſic pro ſtatu iſto mortali videtur hoc modo bonorum prædeſtinatorum numerus creſcere: ſed re vera ſecundum finalem iuſtitiam, & ęternam ſalutem non creſcit, neque minuitur.

MYST.

Quando ſuperius adduxiſti exemplum de ſubſtituto cuſtode in locum illius, qui cecidit, & ſic redintegratus fuit quadragenarius numerus: Memini me legiſſe, Sanctos illos triginta nouem oraſſe pro ſupplemento illius numeri, Recordor etiam Sanctum Patrem, & Eccleſiæ Doctorem maximum Auguſtinum dixiſſe, orationem protomartyris Stephani obtinuiſſe Eccleſiæ Saulum, conuerſum deinde in Paulum, & quod niſi idem Stephanus pro illo oraſſet, Eccleſia Paulum non habuiſſet; Vndè videntur orationes piorum auxiliari poſſe prędeſtinationi, ac de non prędeſtinato, prædeſtinatum aliquem optinere. Quid ad hæc reſponderi poteſt?

MAGIST.

Ad intelligentiam, & claram ſolutionem tuorum huiuſmodi oppoſitorum, probe Senex, obſeruandum eſt. Prędeſtinatio-

Digitized by Google

nem bifariam conſiderari poſſe, primò in ſeipſa, prout eſt actus egrediens à Diuina voluntate; Secundariò quo ad ſuos effectus, videlicet gratię, & glorię, prout eſt in prędeſtinatis.

Primo modo non iuuatur prędeſtinatio orationibus piorum quorumcunq; nec alijs bonis à prędeſtinatis faciendis; immò, nec prout orationes, & alia piorum bona ſunt actu, & in reali exiſtentia: quia iſta omnia ſunt temporalia, prædeſtinatio verò æterna. Nullum autem temporale opitulari poteſt æterno, vt mutetur, ergò prędeſtinatio non iuuatur precibus, orationibus, vel temporalibus alijs bonis Sanctorum; licet actu præſentia, & in reali exiſtentia ſint, nec prout ſunt futura, & in actuali cognitione Diuinæ prouidentiæ, ſiue præſcientię exiſtunt; Quia orationes, & omnia bona alia non ſunt cauſa prædeſtinationis, vt loco ſuo proprio latè, & clarius dicemus, vt ſupra etiam tactum eſt, ſed ſunt illius effectus.

Si autem conſideretur prędeſtinatio ſecundo modo, quantũ ad ſuos effectus gratię, & glorię. Sic iuuatur orationibus, precibus, & alijs piorum bonis operibus. Sed dico circa hanc quęſtionem, diuerſimodè diuerſos erraſſe: Quidam enim attendentes ad certitudinem, & infallibilitatem Diuinæ prædeſtinationis, & pręſcientię dixerunt, ſuperfluas eſſe orationes, preces, & omnia alia bona, quæ poſſunt fieri ad conſequendã ęternam ſalutem: quoniam his factis, vel non factis prędeſtinati ſaluantur, & reprobi damnantur: Et hęc fuit Egyptiorum opinio dicentium, omnia ex neceſſitate euenire ob diſpoſitionem corporum cœleſtium, quos cœlos, Deos vocabant. Sed contra huiuſmodi erroneam opinionem eſt tota Diuina Scriptura veteris, & noui teſtamenti, quędam pręcipiendo fieri, quędam prohibendo, alia reprehendendo, alia comminando. Et ad quid omnia iſta? niſi vt innuant ſponte, & non neceſſario hominem operari bonum, vel malum ad ſalutem, vel perditionem. Alij verò totum contrarium dixerunt, videlicet quod per orationes, ac alia bona, prędeſtinatio, ſeu reprobatio mutatur. Et hęc opinio Stoicorum fuit, quę ordinationem, ſiuè diſpoſitionem diuinam (quam fatum appellabant) & orationibus, & ſacrificijs poſſe impediri, ac mutari, tenebant,

cum

Digitized by Google

cum dicerent res omnes regi, & gubernari ſpiritibus quibuſdam, quos Deos vocabant, qui placabantur orationibus, & ſacrificijs, & ſic mutabatur, quod de hominibus diffinitum erat ab eis.

In iſtam erroneam ſententiam incidit Auicena, qui in fine ſuę Metaphiſicę poſuit omnia procedentia à voluntate, reddi in animarum corporum cœleſtium voluntate, cum teneret cœlos eſſe animatos: & ſicut corpora cœleſtia, influentias habent ſuper humana corpora; ita animę cœlorum habent influentias ſuper animas hominum, & quòd ad eorum imaginationes ſequuntur omnia in iſtis inferioribus; & ideò orationes, prçcationes, & ſacrificia valent, vt illę animę concipiant ea, quę volumus nobis euenire; Sed contra has duas vltimas opiniones eſt illud 1. Regum 15. quòd *Triumphator in Iſrael non parcet, nec pœnitudine flectetur*, Et ad Romanos 11. *ſine pœnitentia ſunt dona Dei, & vocatio*. Rom. 11.

Omnes iſtæ opiniones ſunt contra fidem, quia prima tollit libertatem arbitrij: ſecunda, & tertia eneruant certitudinem Diuinę prędeſtinationis: Et ideò ſecus dicendum eſt, quod diuina prędeſtinatio ſtabilis eſt, & nunquam mutatur; Vndè orationes, prçcationes, & alia bona valent ſolummodo ad conſequendum effectum completum prędeſtinationis, videlicet gratię in prçſenti, & glorię in futuro.

Sicut enim effectus naturales prçuiſi, ac prçordinati à Deo: ad actum producuntur per determinatas ſecundas cauſas naturales: Ita, & effectus prędeſtinationis habito Baptiſmate (in adultis) producuntur mediantibus orationibus, prçcationibus, & bonis operibus; ex quo ſequitur prędeſtinatis conandum eſſe, ad orandum, precandum, & bene operandum pro ſe, & pro alijs, vt eorum prędeſtinatio adimpleatur, iuxtà illud Diui Petri primo ſecundę ſuę Epiſtolę, ſic. *Satagite* (ideſt ſatis,) & benè agite fratres, *vt per bona opera, certam, vocationem, & electionem veſtram faciatis*: & non erit incongruum, ſi interpretetur completam pro certam, quia nobis non eſt certè; niſi quando in nobis eſt completa, & Nota.

peracta

peracta Diuina vocatio, electio, & prędeſtinatio: cooperantibus nobis Diuinę gratię, & auxilio ad completionem, & perfectionem, ſicut ſubdit Petrus dicendo, *Faciatis*. Hinc D. Gregorius in Dialogorum libro ait, quòd omnia, quæ ſancti viri orando efficiunt; ita prędeſtinata ſunt, vt precibus obtineantur; Propter quod Boetius vltimo de conſolatione philoſophiæ, inquit. *Nec fruſtra ſunt in Deo ſpes, preceſq; poſitæ, quæ cum rectè ſunt, inefficaces eſſe non poſſunt.*

Illud autem auxilium, ſeu cooperatio orationum, precantium, & aliorum bonorum noſtrorum, non eſt ob defectum, vel impotentiam Diuinæ cognitionis, aut operationis; ſed propter bonitatem Diuinæ communicationis, quam ſecundis cauſis communicauit ad ſecum operandum, & producendum ſuos effectus ad actum. Vnde Paulus, ob hoc vocat nos Dei
1.Cor.3. adiutores.

Quando ſuperius adductum eſt exemplum quadraginta Martyrum dicitur, & bene, quòd quadrageſimus ille, qui cecidit, non erat de numero aliorum (qui perſeuerarunt in ſua confeſſione) ſecundum æternam electionem, & prędeſtinationem; ſed ſolum ſecundum pręſentem iuſtitiam, quę poteſt perdi, acquiri, ac deperdi pluries.

Cuſtos conuerſus, verè erat ſecundum ęternam electionem, & prædeſtinationem de numero aliorum triginta nouem martyrum quadrageſimus. Vndè ad nouam electionem, vel prędeſtinationem, eorum orationibus non fuit adiutus: Sed bene adiutus fuit ad effectus prædeſtinationis, ſcilicet ad vocationem externam, & internam efficacem; cum vidit tantum triginta nouem coronas è cœlo ſupra alios perſeuerantes in ſua confeſſione, & merito pro Chriſti fidę: Vnde intra ſe dixit, quadraginta ſunt, vbi ergo eſt quadrageſimi corona? & cum vidiſſet eum e Balneo feruenti exiſſe, ac ſuam coronam perdidiſſe, ſpe concepta acquirendi illam, conuerſus intrauit cum triginta nouem in balneum, Chriſtum cum illis confitendo, & perſeuerando vſque ad necem glorioſi Martyrij, ſic Chriſtus glorioſus martyr effectus eſt. Modo iſto etiam

era-

Digitized by Google

orationes Diui Gregorij adiuuarunt Traiani prædeſtinationẽ; Simili modo Saulus, qui poſtea Paulus Apoſtolus ſimpliciter, æternaliter prędeſtinatus, & ſecundum pręſentem iuſtitiam aliquando reprobus, ſiue reprobatus (quę reprobatio in ęternaliter, ac verè prędeſtinatis, poteſt dici ſecundum Quid) Diui Stephani precibus eſt adiutus. Vt in perſona Domini Saluatoris Auguſtinus in feſto Diui Stephani To. 10. ſic dicit. *Niſi Stephanus ſeruus meus oraſſet pro te, diſpoſui in mente mea perdere te.* Si Iſaac rogauit Dominum pro fœcunditate Rebecę vxoris ſuę, & dedit ei gratiam conceptus, de qua natus eſt ei Iacob, qui prędeſtinatus erat, & fuit ſaluus, vt habetur Geneſis 15. & in primo cap. Malachiæ dicitur. *Iacob dilexi Eſau verò odio habui.* Anna ſimiliter vxor Helchanę Hæbrei viri, orauit pro fœcunditate ſua, & generatione filij maſculi, & conceſſit illi Deus fœcunditatem, & generationem Sanctiſſimi Samuelis electi, ac prędeſtinati; non tantum ad principatum regiminis Hębrei populi, quod ceſſit deinde Sauli Regi; ſed ad gratiam, & gloriam. Quamuis verò electorum prędeſtinatio piorum orationibus, pręcationibus, & alijs bonis (modo prę expoſito) adiuuetur; Non tamen modo vllo per aliquem impediri poteſt; nec quoad ſeipſam, nec quoad eius effectus. immò, neque quantum ad bona quibus adiuuatur, quę omnia neceſſariò ſub prędeſtinatione cadunt. Et ſicut ipſa prędeſtinatio eſt neceſſaria ad ſalutem; Sic & prędeſtinati, neceſſariò ſaluabuntur. 1. Reg. 1.

Sed notandum, quòd neceſſitas hęc non eſt ſimpliciter abſoluta, & ineuitabilis; ſiue ineuitabilitatis, ſiue (vt ſcholaſtici aiunt) conſequentis; ita quòd non poſſit Deus non prędeſtinare, cum liberè, ac contingenter prędeſtinet, quia ipſa quoque prędeſtinatio eſt contingens non neceſſaria. Sic, & prędeſtinatus contingenter, & non neceſſariò hoc modo ſaluatur. Eſt autem neceſſitas hęc ex hypoteſi, ſiue ex ſuppoſitione, vel conſequenti: quemadmodum moueri in bona conſequentia ſequitur neceſſariò, & de neceſſitate ad currere; quia, ſi quis currit, neceſſariò mouetur, cum nequeat currere niſi

moue-

Digitized by Google

moueatur. Sed, ſicut antecedens videlicet currere: in ſe ſimpliciter eſt contingens, quia poteſt currere, vel non currere, ſic & moueri, vel non moueri. Similiter ex iſta hypoteſi, & antecedente, ſcilicet ſi rationalis creatura vult beatificari in bona conſequentia ſequitur neceſſario, quòd ſit prędeſtinata; quia ad beatitudinem non recipiuntur, niſi ordinati, & prędeſtinati à Deo; vt ad hęreditatem, vel ad eius participationem de iure non recipiuntur niſi ordinati, & pręſcripti à teſtatore, de eius mente, & vltima voluntate in teſtamento. Itidem ſi quis eſt prędeſtinatus, ſequitur in neceſſaria conſequentia; quod ſaluabitur: ſed ſicut iſtud antecedens, videlicet prędeſtinare eſt contingens, quia poteſt Deus prędeſtinare, vel non prędeſtinare; & ipſe prędeſtinatus potuit non prędeſtinari, vel prædeſtinari, cum omni actioni corriſpondeat ſua paſſio, & ſecundum ipſius actionis modum.

Sic & conſequens iſtud, ſcilicet ſaluari, vel non ſaluari eſt contingens.

M Y S T.

Admodum imbecilli intellectui meo, iſtę tuę declarationes (de orationibus) & alijs piorum bonis, ac quomodo prędeſtinatio neceſſaria ſit, & prędeſtinatus neceſſariò ſaluetur, placuerunt: Gratias quamplurimas (iuxta meum debitum) tibi reffero, ſed poſtquam ſatis, ſufficienterq; de bonorum, & electorum prędeſtinatione dixiſti; vellem vt de impiorum reprobatione ſpecialiter ageres, quò ad ſi eſt, ac ad quid eſt: quamuis ea quę quaſi per accidens, & ſecundario de reprobatione dixiſti dum per ſe pertractares in primo, & ſecundo iſto libro de prędeſtinatione quaſi ſufficerent.

Quòd

Quod impiorum reprobatio ſit, & cur dicatur ipſa ſimpliciter præſcientia.

MAGIST.

CVM prædeſtinatio, & reprobatio oppoſito modo ſeſe habeant, & vno oppoſitorum intellecto, ſiue in intellectu poſito, neceſſariò ponatur & alterum cum ſint correlatiua; Atque oppoſitorum vna, & eademmet ſit diſciplina, oppoſita etiam, iuxta ſe poſita (ideſt ad inuicem collata) magis eluceſcant, vt in rationali, & naturali philoſophia tritum eſt; Ideò rectus doctrinę ordo requirit, vt poſt ipſam Diuinam prædeſtinationem, de malorum tractemus reprobatione, cuius doctrina ex antedeclaratis de prędeſtinatione ipſa clarior, & captu facilior erit.

Quo ergo ad ſi eſt, ad eſſe, ſiue exiſtentiam reprobationis, reproborumque, quòd de facto, ac de iure dentur, & ſint (ſicut per catholicam fidem tenemur credere) partim ex iam dictis clarum eſt. Ratio etiam dictat; Quia ſi Optimus Maxim. Deus Pater eſt liberalis, pius, clemens, miſericors, ac beneficus per naturam erga electos ſuos, vti eſt; idem naturaliter, & per naturam iuſtus Iudex eſt, ac vt talis in peccatores impœnitentes hoſtes ſuos iuſtitiam exercet reprobando, perdendo, & damnando.

In Diuinis ſcripturis quoque (ferè) omnibus in locis vbi fit mentio, & locutio bonorum prędeſtinatorum; fit etiam implicitè, tacitè, & interpretatiuè, ſæpè etiam explicitè de reprobatione, vel reprobis. Vnde in Pſalmo 61. ſcribitur, *Semel locutus eſt Deus*, ideſt æternaliter ſanciuit, atque decreuit, & decies plus repetita, ad memoriam noſtrarum operationum placere debent, *Duo* (inquit Propheta, ibi) *hæc audiui*; *Quia poteſtas Dei eſt*, (intelligendo ad iuſtè reprobandum, & damnandum impios impœnitentes) *Et tibi Domine miſericordia*, videlicet ad remunerandum, & beatificandum, bonos electos tuos; ſequitur, *Et quia tu reddes vnicuique ſecundum opera ſua*; ideſt electis, gloriam, & reprobis ęternam damnationem. Alibi Pſal. 61.

Q (de

moueatur. Sed, ſicut antecedens videlicet currere: in ſe ſimpliciter eſt contingens, quia poteſt currere, vel non currere, ſic & moueri, vel non moueri. Similiter ex iſta hypoteſi, & antecedente, ſcilicet ſi rationalis creatura vult beatificari in bona conſequentia ſequitur neceſſario. quòd ſit prędeſtinata; quia ad beatitudinem non recipiuntur, niſi ordinati, & prędeſtinati à Deo; vt ad hęreditatem, vel ad eius participationem de iure non recipiuntur niſi ordinati, & prę ſcripti à teſtatore, de eius mente, & vltima voluntate in teſtamento. Itidem ſi quis eſt prędeſtinatus, ſequitur in neceſſaria conſequentia; quod ſaluabitur: ſed ſicut iſtud antecedens, videlicet prędeſtinare eſt contingens, quia poteſt Deus prędeſtinare, vel non prędeſtinare; & ipſe prędeſtinatus potuit non prędeſtinari, vel prædeſtinari, cum omni actioni corriſpondeat ſua paſſio, & ſecundum ipſius actionis modum.

Sic & conſequens iſtud, ſcilicet ſaluari, vel non ſaluari eſt contingens.

MYST.

Admodum imbecilli intellectui meo, iſtę tuę declarationes (de orationibus) & alijs piorum bonis, ac quomodo prędeſtinatio neceſſaria ſit, & prędeſtinatus neceſſariò ſaluetur, placuerunt: Gratias quamplurimas (iuxta meum debitum) tibi reffero, ſed poſtquam ſatis, ſufficienterq; de bonorum, & electorum prędeſtinatione dixiſti; vellem vt de impiorum reprobatione ſpecialiter ageres, quò ad ſi eſt, ac ad quid eſt: quamuis ea quę quaſi per accidens, & ſecundario de reprobatione dixiſti dum per ſe pertractares in primo, & ſecundo iſto libro de prędeſtinatione quaſi ſufficerent.

Quòd

Digitized by Google

Quod impiorum reprobatio ſit, & cur dicatur ipſa ſimpliciter præſcientia.

MAGIST.

CVM prædeſtinatio, & reprobatio oppoſito modo ſeſe habeant, & vno oppoſitorum intellecto, ſiue in intellectu poſito, neceſſariò ponatur & alterum cum ſint correlatiua; Atque oppoſitorum vna, & eademmet ſit diſciplina, oppoſita etiam, iuxta ſe poſita (ideſt ad inuicem collata) magis eluceſcant, vt in rationali, & naturali philoſophia tritum eſt; Ideò rectus doctrinę ordo requirit, vt poſt ipſam Diuinam prædeſtinationem, de malorum tractemus reprobatione, cuius doctrina ex antedeclaratis de prędeſtinatione ipſa clarior, & captu facilior erit.

Quo ergo ad ſi eſt, ad eſſe, ſiue exiſtentiam reprobationis, reproborumque, quòd de facto, ac de iure dentur, & ſint (ſicut per catholicam fidem tenemur credere) partim ex iam dictis clarum eſt. Ratio etiam dictat; Quia ſi Optimus Maxim. Deus Pater eſt liberalis, pius, clemens, miſericors, ac beneficus per naturam erga electos ſuos, vti eſt; idem naturaliter, & per naturam iuſtus Iudex eſt, ac vt talis in peccatores impœnitentes hoſtes ſuos iuſtitiam exercet reprobando, perdendo, & damnando.

In Diuinis ſcripturis quoque (ferè) omnibus in locis vbi fit mentio, & locutio bonorum prędeſtinatorum; fit etiam implicitè, tacitè, & interpretatiuè, ſæpè etiam explicitè de reprobatione, vel reprobis. Vnde in Pſalmo 61. ſcribitur, *Semel* Pſal. 61. *locutus eſt Deus*, ideſt æternaliter ſanciuit, atque decreuit, & decies plus repetita, ad memoriam noſtrarum operationum placere debent, *Duo* (inquit Propheta, ibi) *hæc audiui*; *Quia poteſtas Dei eſt*, (intelligendo ad iuſtè reprobandum, & damnandum impios impœnitentes) *Et tibi Domine miſericordia*, videlicet ad remunerandum, & beatificandum, bonos electos tuos; ſequitur, *Et quia tu reddes vnicuique ſecundum opera ſua*; ideſt electis, gloriam, & reprobis ęternam damnationem. Alibi

Pſal. 54. (de reprobis loquendo) *Deſcendant in infernum viuentes.*

In infernum dicuntur deſcendere, dum viuunt quantum ad demeritum; quia ſcripti ſunt in libro mortis ſecundę: de qua morte innumerabilia ferè loca ſunt in veteri ſcriptura, ad hoc Mat. 25. propoſitum ſic, ibi, *Veniat mors ſuper illos*. Sed pro nunc iſta ſufficiant.

In nouo teſtamento non poſſet clarius doceri; maximè quãdo Redemptor noſter de finali vniuerſali iudicio loquitur ſic. *Cum venerit Filius Hominis in maieſtate ſua, cum Angelis ſuis; Tunc congregabuntur ante eum omnes gentes*, ſcilicet Bonorum, & Malorum. *Et ſeparabit eos ab inuicem, ſicut paſtor ſegregat oues ab hædis, & ſtatuet oues* (ideſt electos, & prædeſtinatos) *à dextris, hædos autem* (ideſt reprobos) *à ſiniſtris*. In fine verò iudicij proferet ſententiam omnium dicens, *Et ibunt ij* (ſcilicet reprobi) *in ſupplicium æternum, Iuſti autem in vitam æternam*. Et qui bona egerunt ibunt in vitam ęternam, ideſt electi; Qui verò mala egerunt (vt impij, & impœnitentes reprobi,) in ignem ęternum, inquit Athanaſius, in Symbolo, & verè. Eſſentialia Domini Saluatoris, & ſuorum Apoſtolorum loca multa ad hoc propoſitum: ſed quia illa ſuperfluerent cum res hęc Sole clarior ſit; ideò illa dimittimus, & conuertimur ad firmandum, & ſtabiliendum hanc veritatem particularibus duabus rationibus; vna ſumitur ex parte Diuinę prouidentię; quia reprobatio eſt prouidentię pars, ad quam pertinet, vt in pręuiſis rebus permittat aliquem defectum euenire: cui Diuinę prouidentiæ vniuerſa ſubiacent. Prouidentia autem, ſiue pręuiſio particularis omnem defectum, quantum poteſt, excludit à rebus pręuiſis. Vniuerſalis autem pręuiſio (qualis eſt Diuina non) ne excludatur, ſiue offendatur bonũ vniuerſi. Ob hoc igitur permittit Deus defectus aliquos euenire. Vnde licet corruptiones, ac defectus naturales in naturalibus rebus, ſint contra naturam particularem; non tamen contra vniuerſalem; immò de intentione eius ſunt, inquantum corruptio, & defectus vnius cadit in bonum alterius, per quem modum ſpecies in ſuccedentibus indiuiduis conſeruantur, inquantum corruptio vnius, alterius generatio eſt.

Cum

Cum ergo Deus vniuerſalis ſit prouiſor, ad illius prouidentiam attinet permittere quoſdam defectus in rebus quibuſdã particularibus ineſſe; vt non impediatur perfectum vniuerſi bonum. Si enim mala omnia tollerentur de vniuerſo, multa bona impedirentur, verbi gratia, Si non eſſent Mors, & corruptio animalium quadrupedum, auium, & aquatilium, herbarum, ac aliorum terræ fructuum: non eſſet bonitas conſeruationis, & manutenentię vitæ hominum, iuxta Dei ordinem: Vndè omnia iſta ordinata in vſum victus hominis dicere poſſent homini, *Mors, & corruptio mea, vita tua:* quia ſic natura naturans Deus, & natura naturata vniuerſalis diſpoſuit, ac ſtatuit; Quapropter non eſſet Leonis vita, ni eſſet alicuius animalis occiſio, & mors. Niſi intercederet mors, & corruptio grani frumenti ſati in terram; non eſſet ariſta cum granorum multitudine. Similiter non eſſet patientia, & corona Martyrum, niſi eſſet Tyrannorum perſecutio. Hinc doctiſſimus ſanctus Auguſtinus in Henchiridion ait.

Deus omnipotens nullo modo ſineret aliquod malum eſſe in operibus ſuis; niſi vſque adeò eſſet omnipotens, & bonus, vt benefaceret etiam de malo. Ex quo ſequitur, quod cum per Diuinam prouidentiam ordinentur homines ad vitam ęternam: ad ipſam pertinere permittere aliquos ab iſto fine deuiare, atque illum, non attingere; & hæc dicitur reprobatio, ſiue reprobare: & ſecundum aliquos reprobatio non opponitur directè prędeſtinationi, ſed electioni, quia (vt aiunt) qui vnũ eligit, ac recipit, & alium non, quodammodo dicitur illum reprobare. Ideò reprobare eſt quaſi refutare, vel indignum iudicare. Verùm, ſecundum Doctorem ſubtilem, in inſtanti illorum, quos eligit, ac prędeſtinat fore ſuos, ſecundum beneplacitum Diuinę ſuę voluntatis: Circa alios autem (in eo inſtanti) non habet actum poſitiuum reprobationis, ſicut habet poſtea, prępuiſo eorum peccato, maximè finalis impœnitentiæ eorum; ſed tantum ſe habet negatiuè, ideſt non eligit, nec prędeſtinat ad ęternam vitam cum prędictis alijs, quia non prius cogitat determinando vltionem, quam præuideat, aliquẽ fore peccatorem. Tantum ergo (vt dictum eſt) in alio in-

Digitized by Google

ſtanti poſt, quando præuidet omnes homines; electos, & prędeſtinatos, cum damnandis, in peccatum lapſuros; Tunc diſponit prædeſtinatis efficacia auxilia conferre, ſaltem pro finali gratia: Et quamuis damnandis dederit vniuerſalia ſufficientia (in ſe) media pro finali gratia acquirenda, vt alibi dictũ eſt; non tamen ſufficientia, & efficacia illis; ſicut ſpecialia auxilia, quæ prædeſtinatis ſuis largitur. Et cum iuſtè propter ſua peccata eos deſerat, nec det finalem gratiam, nec conſequenter gloriam, tunc dicitur eos reprobare, & indignos iudicare finali gratia, & gloria. Sed hinc animaduerſione dignũ eſt: quod aliter ſe habet Deus in reprobando, quam in prædeſtinando; nam in prædeſtinatione ſe habet cauſatiue; cum ſit cauſa boni, quod prędeſtinatis datur, gratiæ videlicet in pręſenti, & glorię in futuro, quæ nunc ab ipſis ſperatur, & expectatur. *Dabit Dominus* (inquit Pſalmiſta) *gratiam, & gloriam.* Pſal. 54.

In reprobatione verò culpæ originalis, actualis, mortalis, vel venialis, non eſt cauſa: ponendo aliquid in præſenti in ſe, nec in reprobatis; ſicut ponit in prædeſtinatis, vt dictum eſt, ſed ibi eſt quædam deſertio, ſiue derelictio Diuina, non conferens gratiam; eſt tamen cauſa pœnę, quę peccatoribus redditur in futuro, temporalis in purgatorio pro prędeſtinatis imperfectis, & æternę in inferno pro reprobis.

Culpa quidem prouenit à malo vſu liberi arbitrij eius, qui reprobatur. Vnde Oſeę 13. *Perditio tua ex te Iſrael; ſalus autem tua in me eſt.* Ex quo ſequitur, quòd licet reprobus nequeat finalem gratiam adipiſci, (vt ſupra expoſitum eſt) tamen quòd in hoc, vel in illud peccatum labatur, ex eius libero arbitrio venit, & ob hoc meritò culpa ſibi imputatur.

Quantum igitur ad quid eſt reprobationis: Aliqui primò illam in communi deſcribunt ſic, Reprobatio eſt excluſio alicuius, tanquam maligni ab aliqua dignitate, aut honore, vel ab aliqua operatione, ſeu officio, ac ſi dignus non ſit, quia non idoneus, & aptus, pro (ſaltem) tali tempore ad huiuſmodi dignitatem, honorem, vel officium: quod quidem iudicare ad ſuperiorem ſpectat.

Specia-

Digitized by Google

Specialiter,ſeu ſpecialis reprobatio vt prędeſtinationi opponitur (ſaltem indirectè) cum directè (ſecundum aliquos) opponatur electioni, Eſt excluſio, vel aliquorũ (tanquam indignorũ) à gloria Paradiſi ęternaliter propter ſua demerita, vt puta eorum, qui fide, & iuſtificante gratia carent, & ſine his ab hac vita recedunt.

Vel ſecundum Diuum Thomam, Reprobatio eſt pręſcientia iniquitatis cum voluntate puniendi caſum in culpam, & inferendi pro tali culpa æternam damnationem, primo ſententiarum diſtinct. 41. q 4. art. 1. & ſubdit: Reprobationem addere ad pręſcientiam voluntatem permittendi huiuſmodi peccatores, peccare, & pœnam æternę damnationis infligere ſicut prędeſtinatio includit voluntatem; conferendi gratiam in præſenti in ordine, ad gloriam in futuro.

Quapropter ſecundum hanc doctrinam, reprobare idem eſt, quod permittere aliquem peccare, & in peccato mori, ſubtrahendo illi gratiam, & ipſum relinquendo in puris naturalibus, cum voluntate puniendi illum, iuxtà ſuorum delictorum demerita.

Thomas Argentinenſis 1. ſentent. diſtinct. 40. quæſt. 1. art. 1. ſic de reprobatione loquitur. Reprobatio eſt æterna pręcognitio mali vſus liberi arbitrij, ratione cuius Deus decreuit aliquos (in præſenti vita) priuare gratia, & in futura ęterna pœna punire.

Magiſter ſententiarum in 1. diſtinct. 3. cum Diuo Auguſtino idem ſentit: ſed paucioribus explicant dicentes. Reprobationem eſſe pręſcientiam iniquitatis quorundam, & pręparationem eorundem ad damnationem. Omnes iſtæ deſcriptiones bonę ſunt, ſed vna magis, altera minus explicat definiti naturam.

Secunda vera ratio, quòd aliqui ſint prędeſtinati, & aliqui reprobi, ſumitur reſpectu Diuinę bonitatis, & iuſtitię.

Sicut enim dicitur, quòd Deus omnia fecit propter ſuam bonitatem, vt in factis, & creatis communicaretur, & repręſentaretur diuina Bonitas, ac bona voluntas. Quia createę res ſimpliciter repręſentare nequeunt diuinam bonitatem propter

earum

earum limitationem, & finitatem, ac imperfectionem; Inde eſt quod diuerſi gradus creaturarum ad complementum Vniuerſi requiruntur, quarum quędam altum, & excellentiorem locum, quędam medium, & quędam infimum; & minus bonum locum in vniuerſo tenent. Vndè vt graduum vniformitas conſeruetur in rebus, permittit Deus aliqua mala fieri, nè multa bona impediantur; ſic & oportet conſiderare totum genus humanum, vt totam rerum vniuerſitatem.

Voluit namque Deus homines (quantum ad eos, quos reprobat per modum iuſtitię puniendo) creare, vt Diuina ſua iuſtitia in illis appareret; Et niſi eos creaſſet propter peccati pręuiſionem, & reprobationem, & eorum damnationem: tantum miſericordia fuiſſet, maximè in operibus. Et vnde cognoſceretur eius iuſtitia? cum ſit ęquè iuſtus, ſicut miſericors. *Iudicium, & miſericordiam cantabo tibi Domine,* aiebat Dauid: Iudicium iuſtum in impios reprobos; Miſericordiã verò erga bonos prędeſtinatos. Si non creaſſet malos, & reprobos propter improbitatem, malitiam, & damnationem eorum pręuiſam; peccatum, & malitia pręuiſa vinceret bonum creationis, quod non eſt ęquum: Sed Dei bonitas, quę infinita eſt, vincere debet malitiam noſtram, formaliter finitam, & non ab ea vinci; Illud æquidem, quod eſt per ſe intentum (quemadmodum creatio) non debet pręcpediri ab eo, quod per accidens eſt, vt peccatum: quia nemo operatur ad malum aſpiciens, inquit Dionyſius.

Pſal. 100.

Neque incaſſum, & fruſtra creauit Deus mala facturos, ſed bene deſtinauit illos ad ſeruitium, & obſequium electorum, quemadmodum omnia ad vſum, & obſequium hominum creauit, licet aliquando ſint aliqua homini aduerſa contraria, & nociua. Videbimus enim à conſortibus Marito, & Vxore reprobis fortaſſe ambobus aliquando, vel altero tantum, gigni filios Dei, & de numero electorum, ac prędeſtinatorum: ſic & poteſt contrarium euenire; O quot doctiſſimi Theologhi, & egregij Concionatores de numero reproborum fuere, ac poterunt eſſe: attamen ſuis doctrinis, & documentis in auxilium ad gratiam, & gloriam electorum comparan-

Digitized by Google

parandam; Sic & de numero reproborum multi poterunt inueniri vigilantiſſimi animarum Paſtores, bene ſuum officium exercentes ad ſalutem prædictorum, qui tamen ob eorum perſonalia peccata damnantur: De quibus omnibus Saluator noſter ait. *Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſei: Omnia quæcunque dixerint vobis ſeruate, & facite; ſecundum vero opera eorum nolite facere*; & reddit cauſam, quare ſecundum illorum opera non debeant (qui volunt ſalui fieri) facere; *Quia* (inquit) *dicunt*, (bene videlicet) *& non faciunt bene*. Quid amplius ad intentum propoſitum? Nonne idem Saluator dixit, *Neceſſe eſſe euenire ſcandala*? quæ ſæpe ad vtilitatem, & ſalutem prædeſtinatorum ſunt; in perniciem verò, & damnationem ſcandala perpetrantium, Vt proditionis Iudæ ſcandalum, & Iudæorum interimentium Chriſtum filium Dei, & verum Meſſiam: ad humani generis ſalutem fuere, ob redemptionem per Chriſti ipſius mortem factam. Mat. 23. Mat. 18.

Hæc igitur eſt ratio, quare Deus aliquos prędeſtinat, & alios reprobat, & hanc aſſignat etiam Apoſtolus ad Romanos 9. cum dicit, *Volens Deus oſtendere iram*, (ideſt vindictam iuſtitiæ) *& notam facere potentiam ſuam ſuſtinuit* (ideſt permiſit) *in multa patientia vaſa iræ* (ideſt malos) *apta in interitum, Vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in Vaſa miſericordiæ ſuæ; quæ præparauit ad gloriam*; Et in ſecunda ad Thimoteum 2. inquit, *In magna domo, non ſolum ſunt Vaſa Aurea, & Argentea*, (ideſt boni) *ſed lignea, & fictilia* (ideſt mali) *& quædam quidem in honorem* (ideſt prędeſtinati) *quædam verò in contumeliam*; ſcilicet reprobi, & damnati. Rom. 9. 2. Ti. 2.

Et quare hos elegit ad gloriam, & alios non; ex parte illius ratio alia non datur, niſi Diuina eius voluntas, qua ſic voluit, quę quidem voluntas eſt ſuipſius, & aliorum regula infallibilis, recta, iuſta, & ſancta; dicente Domino ad hoc propoſitum. Mat. 11.

Confiteor tibi Pater Domine Cœli, & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis: Quoniam ſic fuit placitum ante te. Vnde Beatus Pater Auguſtinus ſuper Ioannem: Quare illum trahat, & hunc non; noli velle dijudicare.

Digitized by Google

dicare, ſi non vis errare.

In rebus quoque naturalibus poteſt aſſignari ratio, maximè in materia prima, quę ex ſe tota informis eſt. Quare ergo vna eius pars fiat ſub forma Ignis, alia ſub forma Aëris, alia Aquę, & alia Terræ; & ita de omnibus alijs eius partibus, ſub alijs diuerſis formis: ratio alia non poteſt aſſignari; niſi quia à natura naturante Deo à principio ſic condita eſt, & diſpoſita, eadem ratio eſt; quòd fiat tranſitus illius ab vno elemento ad aliud propter contrarietatem, & ſimboleitatem, ſic, & in mixtis. Vt ſit ſpecierum diuerſitas in rebus naturalibus.

Sic ergo tota iſta materia, ac partium diſpoſitio, ſub diuerſis formis; pendet à ſimplici Diuina voluntate, quæ ſic voluit, ac diſpoſuit. Quemadmodum à ſimplici Artificis voluntate euenit, vt hic lapis in iſta parietis parte ſit, & alius in alia, quamuis Artis ratio, & artificis habeat, quare aliqui ſint in hac parte, & alij in alia; Atque ad hoc facit exemplum Apoſtoli ad

Rom. 9. Rom. 9. *De poteſtate figuli in faciendo ex eadem maſſa argillæ Vas vnum in honorem, & aliud in contumeliam.*

Finaliter quò ad quid eſt reprobationis, eſt à nobis reprobus, quaſi in ſpeculo repræſentandus, ac oſtendendus, ceu de prædeſtinatis fecimus in prædicto pſalmo primo, cum dicitur

Pſal. 1. à Propheta Regio. *Non ſic impij, non ſic*, quaſi dicat, Totum oppoſitum; ò impij reprobi, erit de vobis, *Quia tanquam puluis, quem proijcit ventus à facie terrę*, ſic, & vos proiecti eſtis à benedicta, & glorioſa facie Dei, vt abominabiliores omnibus vilibus creaturis; diſperſi etiam de via ſancta, & recta iuſtorum Electorum, *Ideò Impij reprobi iſti non reſurgent in iudicio* (ſubaudi) ad gloriam, cum electis, & prędeſtinatis, (tacitè inferendo) ſed reſurgent ad pœnam, & ignominiam æternæ damnationis. *Sicut nec peccatores* in peccatis obſtinati reſurgunt per conuerſionem ad pœnitentiam in conſilio iuſtorum, rectè conſiliantium ad ſalutem. Poſtremò ſubiungit diſcriminans iuſtos electos, & impios reprobos ſic. *Nouit Domi-*

2. Tim. 2. *nus*, (vt Apoſtolus Paulus inquit) *qui ſunt eius*, & Dominus Ieſus, *Cognoſco oues meas*; Nouit approbando tanquam bo-

Ioan. 10. nam, ac ſibi beneplacentem viam Iuſtorum ad æternā beatam

vitam

Digitized by Google

vitam tendentium. Vndè totum contrarium erit de reprobis, quia non nouit approbando vitam peſſimam illorum, Vt bonam, ac ſibi beneplacentem: niſi quoad pœnam æternam iuſtè poſt mortem infligendam, cognoſcitq; iter impiorum ad æternam damnationem deſcendentium, quod iter finaliter peribit, finiet, ceſſabitque; Infernus quoq; ipſe tunc dicet, ſufficit: quãdo completum fuerit ædificium ciuitatis nouæ ſanctæ Hieruſalem ſupernæ; vt Eccleſia canit, Quæ ædificatur ex viuis lapidibus; prius æternaliter electis, & prædeſtinatis; poſtea in hoc mundo (toto in maligno poſito) quadratis, & expolitis tunſionibus, & preſſuris malorum, & malignorum; vtinã, nos in iſtorum numero ſimus computati.

MYST.

Poſt ſupradictam reprobationis deſcriptionem quam maximè cuperem ſcire, cur reprobatio ipſa, ſimpliciter dicatur præſcientia?

MAGIST.

Ad huius intelligentiam obſeruato, biſariam accipi præſcientiam. Primo, vniuerſaliter pro omni cognitione, quam Deus habet de futuris contingentibus abſtrahendo ab hac, vel ab illa præſcientia; meritorum, & demeritorum: Et ſic præſcientia complectitur, & ſub ſe continet predeſtinationem, & reprobationem; Sicut Animal continet, & ſub ſe compræhendit rationale, & irrationale abſtrahendo ab vtroque: iſto modo vniuerſaliter prædeſtinatio ſumitur ab Auguſtino contra Pelagianos cap. 2. cum dicit; Prædeſtinare eſt permittere, prouidere, & præordinare aliquod futurum. Et in Enchiridion, Deus iuſtè ad pœnas aliquos: benignè ad gratiam, & ad gloriam prædeſtinat alios. Iſidorus quoq; de ſummo bono libro 2. geminatam dicit prædeſtinationem, ſcilicet electorum ad gloriam, & reproborum ad mortem ſecundam.

Secundo modo ſumitur præſcientia ſtrictè, & ſpecialiter pro ſola cognitione damnationis reproborum, vt a prædeſtinatione ſecernitur.

Notandum tamen, quòd licet prędicti ſcriptores pro eodem accipiant prædeſtinationem, & reprobationem, inquantũ præ-

R ſcien-

ſcientia vtramque compræhendit: ſi tamen ſpecialiter, & propriè ſumatur præſcientia, erunt rationes quibus reprobatio dicatur ſimpliciter, & abſolutè pręſcientia, non autem prædeſtinatio. Quarum prima eſt, quia nomen commune imperfectioribus, ac ignobilioribus magis aptatur ſicut Bruta, animalis nomine abſolutè vocamus, & nominamus. Et Diuus Paulus
1. Cor. 2. hac de cauſa fortaſſe homines brutorum more viuentes, vocat animales dicens: *Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei*. In re noſtra; quamuis pręde ſtinatio, & reprobatio communites in ſe includant pręſcientiam, tamen ipſa pręſcientia magis appropriatur reprobationi: vti ſpeciei ignobiliori ſub genere pręſcientię, abſolutè, & ſimpliciter nomen generis retinenti. Vndè ſimpliciter, & abſolutè reprobatio dicetur pręſcientia, & reprobus pręſcitus.

Et vt clarius intelligamus, conſiderare debemus pręde ſtinationem, & reprobationem commune hoc habere; quòd, ſicut prędeſtinatio non ſolum includit pręſcientiam cum voluntate, & ordine; eſt enim prędeſtinatio pręſcientia, cum efficaci voluntate ordinans, quos vult ad gloriam; Sic, & reprobatio non ſolum includit, & dicit pręſcientiam, ſed etiam voluntatem ordinantem alios ad æternam pœnam, ſuppoſita permiſſione caſus illorum, & permanentia in mortali peccato. Diſcrimen verò inter eas eſt, quoniam prędeſtinatio reſpectu prędeſtinati non tantum eſt, & dicit pręſcientiam; ſed etiam eſt cauſa ſalutis prędeſtinatorum: Deus enim non ſolum pręſcit homines iuſtos, vita ęterna dignos; ſed & eoſdem iuſtos, ac tali vita dignos dignatur reddere. Reprobatio autem, vt reſpicit reprobatum, eſt vtique pręſcientia; ſed vix rationem cauſæ, aut cauſalitatis videtur habere, niſi quoad reprobati pœnam æternam, vt ſupra tactum eſt. Licet Deus homines iniuſtos, impios, perditos, & ęterna morte dignos optimè pręſciat; non tamen malos, ac tales, nec tali pœna dignos ex ſua pręſcientia reddit: Cum ergo prędeſtinati ex diuina prędeſtinatione habeant non ſolum, vt pręſciantur; ſed etiam, vt iuſti efficiantur, & boni; Hinc fit, vt communi nomine, ſcilicet ſimplicis pręſcientię explicari non poſſint, ſed peculiare quoddam nomen,

Digitized by Google

men, ſcilicet prędeſtinationis, & prędeſtinatorum ſibi vendiцant, & appropriant. Oppoſitum autem accidit in reprobis, qui ſolum id ex diuina reprobatione habent, vt pręnoſcantur, & pręſciantur, non autem vt mali ſint. Ex hac doctrina apertè colligitur, Deum propoſuiſſe de Iacob, vt ſalute dignus eſſet, de Eſau verò, ipſum reprobare; non vt ſalute indignus redderetur; ſed quia de ſe, & à ſe, ita futurus erat indignus. Ni fallor, exiſtimo ſufficienter me hucuſque tractaſſe de prędeſtinatione, ac reprobatione quo ad ſi eſt, & quo ad quid eſt. Quid, iudicio tuo, Myſtice Theologe?

MYST.

Satis quidem ſufficienter iudicio meo tractaſti, ac rectè, clareq; explanaſti. Supereſt modò mea ex parte declarata omnia memoria tenere, quod difficile erit. Sed cùm inter alia tua ſuperius dicta recorder te dixiſſe, Diuinam prędeſtinationem eſſe immutabilem; atque ideò prędeſtinatorum numerum nec augeri poſſe, nec minui; Antequam ad propter quid illius accedas, cuperem pręterea de prędeſtinatis ſcire: An eorum numerus certus ſit, nec nè, vel incertus.

MAGIST.

Ad huius quęſtionis euidentiam ſciendum eſt, aliquos dixiſſe, numerum prędeſtinatorum certum eſſe formalitèr; videlicet quòd mille, centum mille, vel in alio huiuſmodi determinato numero deberent ſaluari; Sed non erat materialitèr certus, ideſt qui nam, qualesuè, perſonaliter eſſe deberent: Et hoc ſuum dictum occaſionem ſumpſit à verbis illis Apocalipſis: *Tene quod habes, vt nemo coronam tuam accipiat*; vt ſupra declaratum eſt, quomodo authoritas illa debeat intelligi. Et ex gloſſa Auguſtini ibidem, anſam habuerunt ſic dicendi propter liberi arbitrij contingentiam.

Hæc opinio, ſi abſolutè, & ſimpliciter intelligatur, tollit prędeſtinationis certitudinem; quam Mater Sancta Eccleſia in vna collecta Miſſę firmiter tenet, dicendo: *Deus, cui ſoli cognitus eſt numerus electorum in ſuperna fœlicitate locandus*. Ex quo notandum, quòd prędicta diſtinctio, aut accipitur reſpectu Dei, qui eſt prędeſtinationis cauſa prima, aut reſpectu liberi

arbitrij, quod eſt concauſa, & ſecundaria; ſed proxima, ac immediata. Si reſpectu Dei, tenendum abſque vllo dubio eſt, Deo certum eſſe prędeſtinatorum numerum formaliter, atque materialiter, ideſt quot, & qui perſonaliter ſaluandi ſunt; non tantum ratione cognitionis, & infallibilis ſcientiæ; (Sicut certus eſt ei numerus guttarum pluuię, & arenę maris, foliorumq; arborum,) ſed etiam ratione diſtinctionis, electionis; & ordinationis ad beatam vitam: Cuius ratio eſt, quia omne agens intendit menſuram, ac numerum finitum in ſuo opere, & effectu, maximè quo ad partes eſſentiales effectus, vel operis per ſe requiſitas ad totius effectus, vel operis perfectionem. Sicut domificator excogitat determinatam menſuram domus, determinatumq; numerum, & menſuram partium integraliũ eius; non tamen excogitat, aut eligit determinatum numerum, & menſuram in his, quę non per ſe, ſed per accidens tantùm faciunt ad ędificium: Sicut non excogitat, vel eligit determinatum numerum lapidum, arenę, calcis, & lignorũm; ſed eligit tot, quot ſufficiunt pro fundamento, parietibus, & tecto; Ita Diuina ſapientia in creatione vniuerſi pręordinauit in qua menſura deberet vniuerſum eſſe, quot eius partes eſſentiales, quæ quodam modo ordinantur ad eius perpetuitatem, vt ſunt tot cœleſtes ſphερę, tot luminaria, tot planetę, tot elementa, & tot rerum ſpecies. Indiuidua verò, quę directè non ordinantur ad ſimplex bonum, & perfectionem vniuerſi; ſed quaſi ſecundariò, inquantum in eis conſeruatur ſpecierum bonum; licet Deus eorum numerum ſciuerit; non tamen propter hoc principaliter ordinauit numerum iſtum, ſed tot ordinauit principaliter, quot ſufficiunt ad conſeruationem ſpecierum. Inter omnes autem creaturas principalius ad vniuerſi bonum ordinatæ ſunt intellectuales, ideſt Angeli, & rationales homines: cum Angelis incorruptibiles ſint; Tum quia homines cum ipſis ordinantur ad maius bonum: quod eſt vita æterna, & vltimus finis.

Certiſſimus eſt ergo Deo prędeſtinatorum numerus formaliter, atque materialiter: nobis verò Adultis propter liberum arbitrium, quod eſt cauſa effectus prędeſtinationis proxima, nullo

nullo modo eſt certus prędeſtinatorum numerus; quia modo nullo humana, nec Angelica ratio poteſt ad hoc pertingere, antequam compleatur. Vnde fortè ad hoc propoſitum facit illud Apocalipſis de deſcriptione numeri duodecim tribuum Iſrael; vbi poſtquam ex omni Tribu aſſignat duodecim mille ſignatos, ſubiungit, *Poſt hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, ſtantes ante Tronũ,* &c. Ratio igitur incertitudinis noſtræ eſt variabilitas, ac contingentia liberi arbitrij, per quod liberum arbitrium ſponte, bene, vel male operamur.

Non ſolum autem numerus prędeſtinatorum Deo eſt certus, ſed in ſe eſt etiam finitus; quia corpora prędeſtinatorum glorioſa, omnia poſt vniuerſalem reſurrectionem, in Cœlo erunt Empyreo; hic locus eſt finitus: cum omne corpus ſit finitum, ergo, & numerus prędeſtinatorum finitus eſt; quia locus, & locatum proportionantur. Manſiones etiã beatorum multas (iuxta illorum numerum) Saluator dixit eſſe, non infinitas. Duo etiam corpora glorioſa nequeunt ſimul in vno, & Ioan. 14. eodemmet loco eſſe.

MYST.

Poſt finitum, atque determinatum numerum prędeſtinatorum certum Deo, non erit (vt cerno) pręter doctrinę ordinem quęrere, & tractare ſpecialiter de prędeſtinatorum propria certitudine, an ſcilicet omnibus, aliquibus, vel alicui ſit certa, & finita ſua prędeſtinatio nec ne?

MAGIST.

Eſt quidem (vt dixiſti) iuxta doctrinę ordinem, ad quod dubium dicendum; primo incipiendo à minori prędeſtinatorum numero reſpectu alicuius, vel aliquorum, quod alicui ſua prædeſtinatio fuit reuelata, & quod ſecundum Diuinæ ſapientiæ profunditatem reuelari poſſit; Sicut piè de Beata Dei Genitrice credere debemus reuelatum ei fuiſſe, quòd nequibat peccare; cum eſſet ſpeciali priuilegio (adhuc mortalis) confirmata in gratia. Vnde aliqui dictum Simeonis de gladio pertranſeunte animam eius; vltra expoſitionem de gladio doloris, & compaſſionis, propter filij ſui paſſionem, & mortem,

etiam,

Digitized by Google

etiam, (& non incongruè) exponunt de gladio ſpiritus, quod eſt verbum Dei, reuelatum in ſcripturis Diuinis ad ſciendum ea, quæ futura erant de Chriſto, ac de eius Sanctiſſima Matre. Hic ergo gladius animam Mariæ pertranſiuit, ideſt edocuit de omnibus fiendis de eius chariſſimo filio, ac de ſe ipſa; præſertim circa ſecuritatem ſuæ ſalutis æternaliter prędeſtinatę:
Luc. 2. *Atque vt reuelentur multorum cordium cogitationes*; principaliter Dei Patris, qui ſibi elegerat eam in Matrem ſui vnigeniti Verbi humanandi; & hanc certitudinem à principio Incarnationis eius ſanctiſſimi Filij potuit habere in Angelica illa ſalutatione, *Aue gratia plena Dominus tecum*. Etenim, ſi plena gratiæ, ergo ibi omnium peccatorum excluſio; cum eſſet illa plena non ſolum ſufficienter, vt eſt quilibet carens mortali peccato; nec ſolum abundanter, vt erat Diuus Stephanus, & Apoſtoli poſt receptum Spiritum Sanctum: ſed, & ſuper excellenter; hoc eſt ſpeciali quadam plenitudinis prętogatiua. Nam ſi Dominus ſecum, & ſemper ſecum (quia parum fuiſſet, ſecum fuiſſe ſolum ad tempus) ergo ſemper certa de ſua prędeſtinatione, & ſalute.

Item Beato Ioanni Baptiſtę in materno aluo ſanctificato, piè credendum, ſuam fuiſſe reuelatam prædeſtinationem; qui vt effectum prędeſtinationis Diuinæ illibatum conſeruaret (ſanctitatem videlicet) à teneris annis elegit, in heremo Angelicam potius, quàm humanam ducere vitam: vnde benè inter natos mulierum, non ſurrexit à peccato originali aliquis maior illo.

Diuo etiam Apoſtolo Paulo vſque ad tertium cœlum rapto vbi audiuit arcana, quæ non licet homini loqui: quòd tertium cœlum, poſſet hic interprętari, ad cognitionem ſuæ prædeſtinationis, factam in tertio æternitatis ſigno, de quo ſecundum Doctorem ſubtilem locuti ſumus, vltra communes alias expoſitiones.

Omnibus Apoſtolis poſt acceptum Spiritum Sanctum, credendum eſt ſuam finitam prædeſtinationem eſſe reuelatam.
Rom. 8. Vnde Paulus ad Roman. 8. pro hac fortaſſe certitudine aiebat: *Certus ſum, quòd neque mors, neque vita, neque creatura aliqua,*

poterit

poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Hanc certitudinem potuit habere etiam, quando repſonſum eſt ei: *Sufficit tibi gratia mea:* Sed vt Beatus Hieronymus ait, Priuilegia paucorum, communem legem non faciunt; Ideo eſſet inconueniens, omnibus certò ſuam prędeſtinationem reuelari, ac manifeſtari; ratione duplici: Primò, ex parte eorum, qui non ſunt prędeſtinati. Si enim prędeſtinatis omnibus certa eſſet ſua prędeſtinatio, atque hoc ſciretur à non prędeſtinatis; Tunc certum eis eſſet, ſe non eſſe de talibus, & ex hoc, quod ſe non prędeſtinatos ſcirent, laberentur in deſperationem non curantes bonum opus aliquod agere; immo perpetrantes quęcunque mala; Occidentes fortaſſe etiam ex inuidia, & malignitate, (vt Cain Abel) prędeſtinatos; & ſic temporalia ſaltem ammitterent merita, & grauiora in inferno demererentur ſibi ſupplicia. 2. Cor. 12

Secunda ratio ſumitur à parte prędeſtinatorum; Nam ſecuritas negligentiam parit; Si enim prędeſtinati omnes certi eſſent de ſua prędeſtinatione, ſecuri etiam eſſent de ſua ſalute; vnde non haberent adeò ſolertem ſollicitudinem ad vitandum peccata, & benè operandum; & ſic non tantam gratiam hîc, nec tantam gloriam in cœlo haberent: peccata etiam ex negligentia non euitata, ſed ob hoc commiſſa, ex Dei iuſtitia acquirerent illis pœnitentiam, quę in hoc ſęculo non peracta, remaneret in purgatorio peragenda: & ſic aliud ſequeretur incommodum, quòd tardius peruenirent ad prędeſtinatam gloriam: Vt igitur inconuenientia hęc euitentur, ſalubrius à Diuina ſapientia cautum eſt; vt omnes communiter ſuam ignorent prędeſtinationem, & reprobationem. Nec vnctio Spiritus Sancti, quę nos omnia ad ſalutem neceſſaria docet, ſine ſpeciali dono, vnquam alicui reuelauit, vel reuelabit. Vnde Eccleſiaſt. 9. *Neſcit homo vtrum amore, an odio dignus ſit*: loquendo de finali odio per peccatum, vel finali amore per gratiã in morte, & poſt mortem. Ac ita determinauit Sacrum Tridentinum Conciliũ Seſſione de iuſtificatione. Eccl. 9. Seſſ. 6.

MYST.

Suborta adhuc mihi eſt voluntas ſciendi, Quis numerus

maior;

maior, prędeſtinatorum, an reproborum? eò maximè, quia ex
Apoc. 7. prędeſtinatorum parte ſentio in Apocalipſi ſcriptum poſt nume
rum duodecim millium ſignatorum tribuum duodecim Iſrael,
pro vnaquaque duodecim millia, *Poſt hæc vidi turbam magnã, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus ſtantes ante Tronum.* Quos omnes ſignatos, ac non ſignatos, (ni fallor) crederem de prędeſtinatorum numero, & beatorum eſſe: pręſertim, quia ſubiungit omnes eos, albis eſſe veſtitos. Ex parte
Mat. 7. verò reproborum audio Saluatorem in Euangelio dicentem, *Latam eſſe, & ſpatioſam viam ducentem ad perditionem, multosq; eſſe gradientes per eam; Arctam autem viam dicentem ad vitam,*
Mat. 2. *& paucos eſſe gradientes per eam.* Ac alibi. *Multi ſunt vocati pauci verò electi.*

MAGIST.

Sic incipio voluntati tuæ ſatisfacere, in quantum noſtra fert intellectus, & cognitionis imbecillitas, dicendo, quod in prima fronte maior prędeſtinatorum, & electorum numerus eſſe videtur. Ratio eſt, Quia prędeſtinatio à Diuina procedit miſericordia; Reprobatio verò à iuſtitia, & iuſtitiæ appropriatur. At Miſericordia excedit, & ſuperexaltat Iudicium, cum
Pſal. 144. *Miſerationes eius ſuper omnia opera eius*; iuxta Pſalmiſtam. Pręterea bonum communicatiuum eſt ſui ipſius, vt Beatus Areopagita inquit, *Deus autem ſummè bonus, & ſummum bonum eſt*; Ergo ſummè ſe communicat: ſed talis communicatio ſpecialiter apparere debet in prędeſtinatione ſaluandorum, vt patet: ex quo ſequitur quod maior ſit prędeſtinatorum numerus. Sed ad pleniorem huius quęſtionis declarationem ſciendum circa ipſam diuerſas fuiſſe opiniones, omnes ſumentes originem ab illo dicto Moyſis Deuteronomij 32. *Conſtituit terminos po-*
Deut. 32. *pulorum, iuxta numerum filiorum Iſrael.* Et ſecundum aliam tranſlationem; *Angelorum Dei.* Nam quidam dixere tot homines ſaluari, quot filij Dei, ideſt Angeli, ceciderunt. Quidam autem, quod tot eſſent prędeſtinati ſaluãdi, quot ceciderunt, & remanſerunt: Sed quia iſtarum opinionum nulla aliquam habet de hoc certitudinem; ideò melius cum ſancta Eccleſia dicendum, quòd ſoli Deo cognitus eſt numerus in ſuperna fœlicitate

citate

Digitized by Google

uitate locandus: Vnde cùm dolore, timore, ac tremore concludendum, quòd in hominibus, maior eſt numerus reproborum, iuxta Domini Saluatoris ſententias ſupra allegatas. Cuius ratio eſt, *Quia bonum, communi ſtatui proportionatum accidit in pluribus, & deficit in paucioribus.* Ideò ſicut in naturalibus rebus defectus eſt in paucioribus, bonitas autem, atque perfectio in pluribus; ſic in hominibus videmus maiorem partem ſufficientem habere ſcientiam, & intellectum, atque rationem ad ſuæ vitæ regimen, cùm ſint intellectuales, rationalesq;: minorem verò, qui his carent, qui ſtulti, amentes, & aliquandò lunatici, & vltra furioſi vocantur.

Sed bonum, quod excedit communem ſtatum naturæ, inuenitur in paucioribus, & in pluribus deficit; vt pauciſſimi ſunt profundam habentes intelligibilium rerum ſcientiam: plures autem illa carent. Cùm igitur æterna beata vita in clara Dei viſione, fruitioneq; conſiſtens, ſtatum omnem naturæ excedat, ac pręcipuè poſt extinctam gratiam per originalis culpæ corruptionem; hinc apparet pauciores numero eſſe ſaluandos; multò plures verò damnandos. Et in hoc maxima Dei miſericordia apparet erigendo in ſalutem, & ad ſalutem aliquos: à qua ſalute quamplurimi deficiunt, ſecundum cõmunem naturæ curſum; & ſe Diuina Bonitas communicat prędeſtinatis, ſecundum ſuam infinitam ſapientiam, qua *Omnia produxit in numero, pondere, & menſura.* Sap. 11. Verum eſt ergo Saluatoris dictum; quòd, *Lata, & ſpatioſa eſt via, quæ ducit ad perditionem, & multi ingrediuntur per eam.* Mat. 7. iuxta illud: *Facilis deſcenſus Auerni*; quia facilius eſt deſcendere, quàm aſcendere, & deficere, quam efficere: Sed peccare eſt deficere à ratione, iuſtitia, atque à regulis à Diuina ſapientia latis; Benè agere autem eſt aſcendere, & efficere; ideò difficilior: Sed reuocare gradus, ſuperaſq; euadere ad auras. Hoc opus hic labor eſt. Virtus quoque, & bonum verſantur circa arduum, ac difficile. Hinc Saluator noſter ait; *Per arctam viam* (ſcilicet legis, Virtutis, & pœnitentiæ) *quæ ſurſum ducit, pauci gradiuntur.* Porta paradiſi anguſta Luc. 13. eſt: & opus eſt contendere intrare per eam, iuxta eiuſdẽ Saluatoris pręceptum. *Omnes quidem in ſtadio* huius vitæ mortalis 1. Cor. 9.

Digitized by Google

currimus, intentione, ac voluntate ſaltem, vt beatam aſſequamur vitam. Vnde Ariſtoteles in principio ſuæ Methaphiſicæ ait, *Omnes naturaliter appetere beatitudinem*: & Boetius dicit: *Naturaliter mentibus hominum inſertam eſſe ſummi boni cupiditatem*. Sed cum Paulo Apoſtolo concludere poſſumus, ac debemus: *Vnus*, ideſt populus Chriſtianus, *& inter Chriſtianos adhuc vnus*. Qui in bono perſeuerauerit vſque ad finem diei vitæ ſuæ, ſaluus erit, & vitæ æternę brauium accipiet: quauis hora inceperit 1. 2. 3 6 9. vel 11. (ideſt) a pueritia, ab adoleſcentia, à iuuentute, à virilitate, à ſenectute; immò, & à decrepitate: quia, *Nulla vnquàm Dei regno infirma ætas*, inquit Ambroſius. *Hic vnus benedictionem accipiet a Domino, & miſericordiam à Deo ſalutari ſuo*; & brauium promiſſum omnibus prędeſtinatis exeuntibus de hac vita, cum ſaltem finali gratia gratificante.

Omnes iſti prędeſtinati homines pauci (reſpectu multorum reproborum) poſſunt modo quodam dici vnus; *Et vnus puſillus grex, cui complacuit Patri Deo dare Regnum*. Luc. 12.

Quilibet horum etiam vnus, pro vno eorum Creatore, Redemptore, Iuſtificatore, ac Beatificatore Deo; pro vno Baptiſmate, vna Catholica, & orthodoxa Fide, quam omnes confitentur; pro vna ſpe vocationis, & vnionis in charitate, quæ eſt perfectionis vinculum; ac vltimò propter vnum, & idem beatitudinis obiectum, quod eſt diuina illa eſſentia tota in tribus illis Sanctiſſimis perſonis, electorum finis vltimus. Poſtremò vnus, ſiue vnum, propter illam vnionem cum Deo, & inter ſe concordes in quietudine æterna, & pace: pro qua fęliciſſima vnione in vltima cœna Chriſtus Dominus noſter Patrem rogauit, vt eſſent ſui electi vnum, & conſummati in vnum; ſicut ipſe in patre, & patre in eo. Per hæc ergo iſta omnia, electi, & prędeſtinati omnes, vnus ſiue vnum dici queunt, de quibus dici poteſt; *Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum*. Ioan. 17. Pſal. 132.

Licèt igitur ex hominibus minor ſit numerus prædeſtinatorum, & ſaluandorum; conſequenterque reproborum, & damnandorũ maior: Attamen ſi diceretur, ac crederetur, quòd vnus

ſolus

ſolus eſſet prædeſtinatus, & ſaluandus, nec modo aliquo reuelatum eſſet quis perſonaliter ille eſſet; quilibet (cum facit ſecundum quod in ſe eſt, ideſt ſe ſufficiẽter diſponit ad gratiã) poteſt ſperare ſe eſſe illum vnum ſolum prędeſtinatum, & ſaluandũ.

Accipiendo verò numerum Angelorum, qui ſteterunt, cum numero iuſtorum hominum ſimul; dicere audemus numerum prędeſtinatorum ſaluandorum, maiorem eſſe numero reproborum, & damnandorum: Nam ex Angelis, *Draco ille Lucifer Cauda ſua tertiam ſolum partem Angelorum, ſiue cœleſtium ſpirituum traxit;* duabus alijs partibus ſtantibus: de quibus ſcribitur: *Millia millium miniſtrabant ei, & decies centena millia aſſiſtebant ei;* Vt hic eſt fortaſſe numerus duodecim millium ſignatorum ex Tribubus filiorum Iſrael cum turba illa magna, quã dinumerare nemo poterat benè, ac plenè; non quòd ſit infinitus numerus (qui etiam ſecundum philoſophos naturales non datur) ſed ibi naturalem dicit difficultatem; non ſupranaturalem, ſcilicet ad plene numerandum. Duæ ergo partes cœleſtiũ ſpirituum cum Deo ſtantium, cum iuſtis electis, ac prædeſtinatis hominibus ſimul; multo plures ſunt numero reproborũ: nec deerunt Beata loca pro omnibus, *Cùm in domo patris Chriſti Ieſu Saluatoris noſtri Manſiones multæ ſint.*

Apoc. 12. Dan. 7. Apoc. 1. Apoc. 7. Ioan. 14.

MYST.

Ex ſuperius dictis de prędeſtinatione in eligendo, ac prędeſtinando aliquos, quos Deus vult, & non alios, in puris naturalibus pręſentatos omnes Diuino Intellectui, & voluntati nondum natos; Fortè quis imperfectus, & ignorans conqueri poſſet (licet nunquam iuſtè, rectèq;) de Diuina voluntate, falsò impinguendo ei in hac electione, & prędeſtinatione particularium perſonarum, & non omnium (imò cum excluſione, ſeu derelictione à numero dictorum prędeſtinatorum) irrationabilitatem, iniquitatem, iniuſtitiam, atque odium aduerſus eiuſmodi non electos, nec prędeſtinatos: Veniam obſecro, Reuer. Magiſter, ſi termines fortaſſe tranſgredior piorum ſermonum de Opt. Max. Deo, quia firmiter credo, atq; ſuppono talia non poſſe inconuenientia Diuinę voluntati vllo modo aſcribi; quin etiam, nec credere vnquam aliquem ſanę mentis talia in Deo

putaſſe,ſed ad maiorem elucidationem,atq; magis purgãdumq́; ſerenandumq́; inſipientium, & ignorantium mentes; qui ali-
Pſal. 13. quando auſi ſunt in corde ſuo dicere,non eſſe Deum.

MAGIST.

Cùm ſinceritas, atque bonitas tua non me lateant, operam ſatisfactioni dabo,in primis ſupponendo diuinam voluntatem, haud eſſe irrationalem,iniquam,iniuſtam,nec odio affectam in eiuſmodi particularium,perſonarum electione, & prędeſtinatione,cum aliorum derelictione, quod probo.

Primò non eſt irrationalis,cùm contra ſuam,vel aliorum rationem non faciat,quando de bonis ſuis confert. Cui,aut quibus vult,nec confert,quibus non vult conferre. *Quis iſtorum*
Rom. 11. *omnium prius aliquid dedit Deo, propter quod teneatur ei?* Vnde
Mat. 20. rectè dixit pater familias laborantibus in vinea ſua per totum diem,& murmurantibus in ſero de æquali mercede cũ eis collata laboranti per tres tantùm horas, & vni eorum ſpecialiter, qui fortaſſe plus alijs murmurarat,dixit; *Amice, non facio tibi iniuriam, tolle quod tuum eſt, & vade*, ſcilicet,abſq; murmure, *An non licet mihi*, ſcilicet, qui non dependeo à vobis,*quod volo facere?* ſcilicet de bonis meis: *An oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum?* ſubaudi conferrendo bona mea vni, & non alteri,vel abundantius vni,quàm alteri? cum omni apud me careàtis iure,nec ego iure aliquo tenear largiri aliquid aliud ſupra promiſſam,ac redditam (ex pactione)mercedem?

Inſuper iniqua non eſt, ſi ęqualibus (vt ſunt omnes homines,in puris naturalibus à diuino intellectu repręſentatis Diuinę voluntati) inæqualia donat. Tunc iniqua eſſet,ſi electio, & prędeſtinatio ex debito fierent; & non omnibus ex mera gratia,& à gratuita bona fieret Dei voluntate,vt fit. Deus quidem non eſt abſolutè, & ſimpliciter alicui debitor; ſed ex pactione,& ſuppoſitione, ac promiſſione tantùm, quandò cum aliquo pepigit,vt cùm ſanctiſs. Patri Noè,ac cum fideli Abraamo: Et quandò ſimpliciter aliquid promiſit; Vt quandò denarium diurnũ laborantibus in vinea ſua promiſit: atq; ad inſtar Regis, qui non tenetur facere militem ſuum aliquem; Sed ex quò fecit,tenetur ei prouidere de armis, ſiue per ſe,ſiue per ali-

quem.

quem ſuum miniſtrum, maximè cũ ſciret talem inopem eſſe, ac impotentem ad talem prouiſionem. Sic Benedictus Deus non tenebatur creare, ac facere hominem: ſed, ex quo bonitati ſuæ placuit illum creare, & facere, debuit illi conferre intellectualem animam, atq; corpus humanum, tanquam hominis eſſentialia: Itidem ſenſus, & prorſus eſſentialia omnia, cum neceſſariò conſequentibus humanam naturam. Gratia autem, & gloria excedunt omnem naturæ humanę limitem; Ideò Deus ex debito non tenetur aliquem eligere, & prædeſtinare. In his certè, quę ex gratia, & mera liberalitate dantur, poteſt quidem quis pro ſuo libito, qui vult, donare plùs, & minus, dummodò non ſubtrahat alicui debitum in prçiudicium ęquitatis. Ad hoc facit illud Pauli ad Roman. 9. *An non habet poteſtatem figulus luti facere vias in honorem, & aliud in contumeliam?* quaſi dicat, verè habet. Rom. 9.

Sic multò magis plaſmator hominum Deus.

Pręterea, non eſt iniuſta, nam inter Deum, & hominem; nõ eſt iuſtitia commutatiua requirens terminum iuris ex vtraque parte, æqualẽ quò ad quantitatem, vel qualitatem, menſuram, pondus vel valorem; ſicut inter vendentes, & ementes. Sed eſt iuſtitia diſtributiua tantùm, maximè reſpectu gratię, & glorię, in quibus prędeſtinatio conſiſtit, ſicut cauſa in ſuo effectu; quã gratiam, & gloriam liberaliter Deus quibuſdam confert: Ideò ęqualibus in natura hominibus, ac etiam in originali culpa, inęqualia bona confert; His quidem gratiam, & gloriam: alijs verò non, imò pro ſuis delictis pœnam infligit ęternam: Deniq; non eſt Dei voluntas iniuſta, quia eſſentialiter, & ex ſua Eſſentia *Iuſtus Dominus, & iuſtitiam dilexit.* Pſal. 10.

Si alicui teneretur ex debito dare gloriam, & gratiam ad illã, & nõ daret; Tùnc iniuſtus eſſet Deus, atq; iniuſta eius volũtas.

Nec inſuper liuorem habet odij amoroſiſſima (vt ita loquar) eius voluntas, non prędeſtinando, ſed reprobãdo aliquos; Quinimò omnia ſua diligit, vt ſcribitur Sapientię 11. *Diligis omnia, quæ ſunt, & nihil odiſti horum, quæ feciſti*; videlicet, Homines, Angelos, & omnes creaturas, pręter peccatum, & peccatores, quos nos fecit, (vt peccatores ſunt) ſed tantummodò permittit Sap. 11.

pecca-

peccare, atq; peccantes, ſe à ſemetipſis, & per ſemetipſos peccatores reddere, gratia referente? Quos deinde cum peccato odio habet, iuxta quod ſcriptum eſt: *Similiter odio ſunt Deo impius, & impietas eius.* Et alibi: *Iniquos odio habui*: atq; hoc perfectū
Sap. 14. Pſal. 118. Pſal. 138. eſt odium, de quo Pſalmiſta; *Perfecto odio oderam illos.*

Diligit (aio) omnes Angelos, hominesq; ; inquātum antecedenti voluntate, vt dictum eſt, vult omnibus ſalutis bonum, atque ad veritatis agnitionem (vti ad neceſſarium medium) peruenire: nec, quantum eſt ex ſui parte, deeſt lumē hoc infundere omnibus, Cum ſit illa *Lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.*

Quamuis voluntate conſequenti, non omnibus velit ſalutem, vt clarius dictum eſt.

Inquantum non vult ſalutis bonum aliquibus voluntate conſequenti, propter eorum peccata repugnantia eidem voluntati, dicitur eos odiſſe, abſque vlla in ſe paſſione, infligendo ſecundùm rectiſſimam iuſtitiam, pœnam, ſecundum delicti menſuram, ſemper remunerans vltrà condignum, & puniens citrà. Concludo tandem (repetendo) Voluntatem illam ſanctiſſimā, qua aliquos eligit, ac prędeſtinat, & alios non (ſed propter finale eorum peccatum præuiſum reprobat) non poſſe iniuſtam
Rom. 12. eſſe, nec aliquo malo liuore affectam, *Cùm ſit bona, beneplacens, & perfecta*, ſecundum Apoſtolum ad Roman. atq; ſecundum veritatem ipſam. Faxit Benedictus in ſæculorum ſęcula Deus, vt hæc ſanctiſſima, æquiſſima, iuſtiſſima, & amoris infiniti pleniſſima eius voluntas in nobis fiat; atque ad hoc det, quod iubet; iubeat proinde, quod velit.

Dei Opt. Max. fulti ope, tandem finem huic ſecundo Libro de Diuina Prædeſtinatione, & Reprobatione, quò ad Quid eſt, damus.

DE

Digitized by Google

DE DIVINA CIVIVM CIVITATIS DEI PRÆDESTINATIONE,

Deq; Ciuium Ciuitatis Satanę reprobatione, quò ad Propter quid eſt.

LIBER TERTIVS.

MYSTICVS.

IN primis, Reuerende Pręceptor, optarem ſcire, quid eſt quęrere, ac quip referat illud, Propter quid eſt Pędeſtinationis, & reprobationis.

MAGIST.

Ex ſuperiori declaratione, de Quid eſt vtrinſque, faciliter intelliges ipſarum propter Quid eſt: Nam cognita primò quidditate, & eſſentia rei per eius definitionem, quæ eſt Quod quid eſt eius: Secundariò de aliqua eius propria paſſione quæri-

quærimus ſcire propter Quid illius, ideſt cauſam, ac rationem præcipuam, quare talis ineſt ei paſſio; Verbi gratia; Quando ſenſibiliter clarè perſpicimus Lunæ ecclipſim, admirantes ob talis obſcurationis ignorantiã, incipimus philoſophari, & quærere, Quid iſte Lunæ ecclipſis ſit, ſecundum eius eſſentiam. Vnde per eius poſtea definitionem eſſentialem clarè ducimur ad cognitionem Lunæ ecclipſis, dicẽtes ecclipſim Lunæ, carentiam, atque priuationem eſſe luminis Solis in ipſa Luna. Deinde quęrimus, propter Quid, ideſt, propter quam cauſam, & rationem ecclipſatur Luna? Tunc rationem, & cauſam reddimus dicentes, eſſe interpoſitionem alicuius Opaci corporis (cuiuſmodi eſt terra) inter Solem luminoſum, & Lunam opacam, quod verum eſt, nec poteſt naturaliter aliter eſſe: Vt eſt à Philoſophis naturalibus, atque Aſtrologis receptum. Sic, & Diuinæ prædeſtinationis, & reprobationis habito Quid eſt: Ordine doctrinæ inueſtigandum eſt Propter quid eſt vtriuſq;: An ſcilicet fuerit ratio aliqua, ſiue cauſa, vel motiuum ex parte Prædeſtinantis Dei, vel creaturæ rationalis prędeſtinatæ, propter quod glorioſus Deus motus fuerit prædeſtinare aliquos, & non alios, imò reprobare? Arbitror Myſticæ Theologæ intellexiſſe te quid velit ſignificare, ac referre hic terminus, ſeu dictio Propter quid, & quid ſit quærere Propter quid de Prędeſtinatione, & Reprobatione.

MYST.

Rectè intellexi, perge cum Dei ope ad ea, quæ de Prædeſtinatione ſuperſunt, veluti (ſi fas eſt dicere,) de inextricabili Labirinto.

MAGIST.

Sicut Hidrę aſſimilata eſt Diuina Prędeſtinatio, quoad appręhenſionem, ac intelligentiam illius, vt à principio dixi: ideò non eſt magnum, ſi voces illam, & multa, quæ de ipſa tractantur inextricabile Labirintum: & licet huiuſmodi ſit; attamen non deero, quæ à patribus, atque ſcholaſticis Theologis veteribus & neotericis de illa ſcripta ſunt, dicere, cum alijs ex laboribus, ac meis meditationibus (Duce Deo) inuentis, & breuitatis ratione paucos nominatim citabo.

Inueſti-

Inueſtigabimus ergo, An Prędeſtinatio, & Reprobatio rationem, Cauſam, vel motiuũ aliquod habeant ex aliqua parte, propter quod Benedictus Deus motus, ſeu excitatus fuerit prædeſtinare aliquos, & non omnes; immò ab hac cœteros omnes alios ſecludere, ſeu excludere, & vltra reprobare. Ad huius euidentiam, ſciendum eſt, dupliciter poſſe Prædeſtinationem conſiderari: In ſe primo, prout eſt actus Voluntatis Diuinæ, atque a Diuina voluntate procedens liberè, & contingenter.

Secundario, pro vt actus iſte tendit, & terminatur in obiectum prædeſtinandum, ſecundum eius duplicem temporalem effectum, gratiæ ſcilicèt, & glorię. Quòad primum, inquantum prædeſtinatio refert immediatè Diuinã voluntatem, cui actus iſte prędeſtinandi formaliter tribuitur; incluſiuè autem, concomitanter, & præſuppoſitiuè, etiam Diuinæ præſcientię tribuitur; quia ſciẽs, & non ignoranter prædeſtinat; quod in ſuperioribus, libri ſecundi, probatum eſt per Apoſtolum Paulum pluribus in locis; rationibus etiam; nec non, & per Diuum Auguſtinum, diffinientem Prædeſtinationem, eſſe propoſitum, ſcilicèt, voluntatis miſerendi: Ideò quęrere cauſam aut rationem Prędeſtinationis hoc modo, eſt quęrere cauſam diuinę voluntatis; Qua de cauſa, ſeù ratione diuina voluntas mota ſit ad Prędeſtinandum; quę nullo modo rationabiliter quæri debet, vel poteſt ab aliquo; Cum ſapientiſſimè eligat actum ſuum volendi, & nolendi; Vnde fallere, nec falli poteſt, atq; ſuiipſius, & aliorum regula rectiſſima ſit: ob hoc nullus pius, ac ſanę mentis quęret à parte Dei volentis, illius cauſam vel rationem, quare ſic voluerit, & determinauerit: ſed conſiderabit quòd a bono, & sẽper vniformiter tali (qualis eſt Deus, quia per eſſentiã bonus) non niſi bonum; cuiuſmodi eſt prędeſtinatio, & reprobatio. Ita nec à parte creaturę prędeſtinabilis, putà fidem, bonum vſum liberi arbitrij, bona opera, & meritã pręuiſa, cũ non moueatur ad intelligendum, & volendum ab obiectis: At ex parte volitorum à Deo poteſt aſſignari cauſa, vel ratio aliqua, inquantum vult vnum eſſe propter aliud, vt inferius dicetur.

T Quan-

Quantùm vero ad ſecundum, inquantùm iſte actus prędeſtinandi terminatur ſecũdum duplicem temporalem effectum prędictum, ſcilicèt gratiæ, & glorię ad obiecta rationabilia, ideſt homines: quia ſpecialiter loquimur de hominum prędeſtinatione; An cauſam habuerit, ſeù rationem, vel motiuum, vel non; ideſt; An Deus prędeterminauit ſe daturum Prędeſtinationis effectum prędictum, gratię & glorię aliquibus propter fidem, bonum liberi arbitrij vſum, opera, vel merita; ſiuè per aliquod aliud bonum per ipſum fiendum? Hoc vertitur in controuerſiam.

Circà hoc varię, ac diuerſę opiniones fuere; quę ad tres generales ſententias, & quaſi capita rediguntur.

Prima ſententia eſt opinantium omnes ſaluandos prędeſtinatos a Deo fuiſſe ex aliqua cauſa in eis pręuiſa.

Secunda eorum eſt, qui arbitrantur ex ſaluandis quoſdam prędeſtinatos fuiſſe, abſq; alicuius cauſę pręuiſione; quoſdam verò pręuiſa in eis aliqua cauſa.

Tertia finaliter ſententia indubitanter aſtruit, omnes ſalutem aſſequentes, prędeſtinatos fuiſſe omninò, abſque vlla cauſa ex parte ipſorum. Verùm authores, & aſſertores primę ſententię non vno, ſed multiplici, & vario modo procedunt: Quippè aliqui eorum dicunt, Deum prędeſtinaſſe omnes, qui ſaluantur ob aliquam motiuam cauſam, quã vidit in eis fuiſſe, & pręſentialiter eſſe. Alij attendunt potius cauſam in homine prędeſtinando non pręteritam, vel pręſentem, ſed futuram: ita quòd Deus propter ipſam pręcognitam fore in hominibus illis, eos prędeſtinauit.

Pręterea quidam alij non conſiderantes, nec tenentes cauſam pręteritam aliquam, vel pręſentem, immò nec futuram quandoque actu, ſed condictionalem ſic; quod ſi vixiſſent aliqui, feciſſent multa bona; qui morte pręuenti non illa effectuant: propter quorum cognitionem Deus illos prędeſtinat: quibus aptant illud Sapientię 4. *Conſummatus in breui, expleuit tempora multa*, &c. Iterum priorum, opinantium omnes quotquot prędeſtinantur, prędeſtinari ex aliqua cauſa in eis pręuiſa: Quidam cauſam hanc, aiunt eſſe, non propter iſtius vitę

mora-

Digitized by Google

moralia bona; ſed propter alterius vitę bona, quàm alteram vitam arbitrantur eſſe iſtius noſtrę mortalis priorem.

Alia, cum aliqua apparenti maiori ratione, bona conuenientia ſtatui huius mortalis vitę pręſentis dicunt, intercedere ad prędeſtinationem:

Incipiendo ego à prima parte vltimę ſubdiuiſionis: Origenes libro 1. periarcon c. 9. aſſerit animas hominum fuiſſe creatas cum Angelis, multò antè huius viſibilis mundi creationē in Cęlo; & ſecundùm opera, quę fecerunt, bona, aut mala; fuiſſe deinde corporibus immerſas; & pro qualitate operum bonorū, vel malorum, quę geſſerunt, retributionem accepiſſe in hac vita, inſuper & in alia recepturas: ſic dixit. Falſam Platonis ſecutus opinionem: Si tamen illa, in primo periarcon dicta, Tanti viri (quanti fuit Origenes) ſint, vel potius ęmulorum illius, poſt eius mortem, bono tritico ſuarum lucubrationum, miſcentium zizania; vt ex Apologia pro Origene a Chriſti martyre Pamphilo ędita eſt videre. Sit vè huiuſmodi falſa opinio Origenis, vel alterius ex ſuis mordacibus ęmulis, ſecutus eſt falſam, (vt ſupra dixi) Platonis opinionem, tenentem cunctas animas rationales, creatas fuiſſe ſeparatas à ſuis corporibus in cęlis, ac multò antè mundi creationem; & quia aliquę in cœlo grauiter poſteà peccarunt, directas fuiſſe in viliſſima corpora; alias verò, ob merita bonarum moralium actionum, nobiliſſimis corporibus deſtinatas.

Exiſtimabant fortè iſti zelum ſic affirmantes: verùm non erat ſecundùm ſcientiam; quia, vt Deum eximerent à nota acceptationis perſonarum, illum aiebant, propter illa antiqua merita, gratiam ſuam talibus contuliſſe: Quod falſiſſimū eſt. Prętereà huiuſmodi opinio, inquantùm tenet animas creatas eſſe multò antè extrà corpora ſua; contraria eſt Ariſtoteli tenenti, nullam formam fuiſſe antè compoſitum, vt 12. ſuæ Metaphiſicę Textu 16. Et cum per eundem 2. de Anima textu 5. Anima ſit corporis organici forma, nequaquàm potuit eſſe antè ipſum organicum corpus ſuum perfectè organizatum.

Contraria eſt etiā Diuinę ſcripturę, ac ſacris Concilijs: Vndè in Iob ſcriptum eſt. *Vbi eras cum me laudarent ſimul aſtra ma-* Iob. 35.

Digitized by Google

contrariatur Diuus Paulus ad Roman. 9. cum dicit: *Sed & Rebecca ex vno concubitu habens Iſaac patris noſtri , &c.* Cum Iacob, & Eſau incubuiſſent diuerſis ſtudijs, atque diuerſum exitum habuiſſent: Quonam modo ergo, in eodem inſtanti concepti, ac in eodem nati tempore, diuerſam conſtellationem habere potuerunt?

Tertia ſententia ita extollit opera bona moralia, quæ per naturam habentur; vt aſſerat ea cauſam meritoriam eſſe (ex qua iam congruitate) electionis, & prædeſtinationis hominum. Habentur opera ipſa moralia per naturam, ſecundùm Galenum; quia ſequuntur temperaturam corporis; & eſt verum quò ad naturales propenſiones, & inclinationes; non autem quò ad actus earum, qui à libero arbitrio procedunt. Inquiunt illius tertiæ opinionis homines,congruere, vt benè operanti moraliter ſecundùm naturales vires ſuas,gratuita, & ſupernaturalia bona Deus elargiatur; & conſequenter, quòd moueatur ad prædeſtinandum illum, qui totam vitam ſuam in moralibus operibus, ſeù operationibus ſecundùm rationis regulam conſumpſit. Vndè orta eſt illa vulgatiſſima ſententia, quæ dicit; *Facienti quod in ſe eſt, Deus non denegat gratiam.* Huic quidem ſententiæ videtur fauiſſe Diuus Bonauentura in 1. ſent. diſt. 41. quæſt. 2. Sed hæc tertia ſententia (pace omnium iſtorum) non eſt vera; Et primò videtur eſſe contrà Diuum Paulum ad Titum ſcribentem cap 3. & excludentem merita, non ſolum de condigno, reſpectu donorum ſupernaturalium; ſed ſimpliciter omne opus noſtrum, dùm dicit: *Non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos; ſed ſecundùm miſericordiam ſuam ſaluos nos fecit*: Vnde in diuinis ſcripturis cum iuſtificamur, dicimur illuminari, excitari, & reſurgere; vt intelligamus habere nos ad primum motum iuſtificationis noſtræ, tanquam tenebroſum ad lucem illuminantem, & dormiens, ad vigilantem, & excitantem a ſomno, iuxta illud: *Surge qui dormis. & exurge a mortuis, & illuminabit te Chriſtus.* & aliud Diui Pauli: *Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere.* Atque vt mortuus ad reſuſcitantem eum à morte ad vitam; Secundum quòd Chriſtus dicit: *Ego ſum*

Eph. 1.
Rom. 13.
Ioan. 11.

Re-

Reſurrectio, & Vita; Qui credit in me, etiam ſi mortuus fuerit, viuet. Quemadmodum ergo nec ad lumen tenebroſus, nec ad vigilem dormiens, nec ad vitam mortuus de ſe præparationem aliquam conferunt; ita, nec impius ad iuſtificationem ſuam primò, & principaliter, de ſe aliquam præparationem confert. Vndè, niſi gratia præuentus, impius Adultus non diſponitur, nec ad iuſtificationem peruenit. Vndè Diuus Auguſtinus, & benè: Ille, inquit, venit, quem gratia Dei præuenit. Iſte dicendi modus refutatur ex Conciliorum decretis Milleuitani, Aurelliani, & Tridentini, Seſſione 6. Canone 3. definientes noſtræ ſalutis initium nequaquàm à nobis pendere. Hic videndus eſt Diuus Auguſtinus de prædeſtinatione ſanctorum cap. 18. Epiſt. 9. Prętereà illa ſententia nō euacuat difficultatem; quia multi ſunt prędeſtinati, qui nunquam habuerunt opera bona moralia, vt pueri ſtatim poſt Baptiſmum morientes cum gratia, ac alij antè rationis vſum, paulò poſt Baptiſmum. Multi etiam ſunt ſe exercentes in bonis operibus huius mortalis vitæ, qui finaliter damnantur: Sicut ex oppoſito, multi in peſſimis moribus verſati, quaſi toto vitæ ſuæ tempore; finaliter verè contriti, veniam, gratiam, & gloriam conſequuntur. Ex hoc manifeſtum habetur argumentum, Deum ad opera moralia bona non attendiſſe; Vt potius hos, quàm alios prædeſtinaret. Multi etiam Philoſophi habuerunt plura opera moraliter bona, quàm habeant multi fideles, qui eliguntur ad gratiam, & ad gloriam. Fundamentum, cui hæc tertia ſententia innitebatur, erat illa vniuerſalis maxima; Facienti quod in ſe eſt, Deus gratiam ſuam non denegat. Quam fortè non benè intelligebant, quomodo debet intelligi, ac intelligunt aliqui dicentes; obſeruandum eſſe, quòd non dicit hæc maxima; *Facienti ſecundùm poſſe ſuum;* quia tùnc principium, & cauſa aliquo modo eſſet à nobis, & in nobis; ac ſic gratia non eſſet gratia: ſed dicit, *ſecundùm quòd in ſe eſt;* ideſt, ſecundùm gratiam Dei prçuenientem, quç in ſe eſt primò mouens, & excitans vnumquemque ad bonum.

Fateri quidem oportet, intercedere aliquem congruitatis,

Digitized by Google

æc condecentiæ modum ex parte Dei; non tamen meritum, principium, vel cauſam ex parte hominis. Congruum, ac condecens certè Deo eſt; Vt cum, quis ammouerit peſſulum & aperuerit oſtium eius primò pulſanti Deo, ingrediatur in animam, vt ipſe gratia ſua gratum faciente, cænet cum ipſo, & ille ſecum, ſicut ſcriptum eſt Apocalypſ. 3.

Naturalia opera bona moralia, poſſunt eſſe conditionem per accidens iuſtificationis, in quantùm refrenant, ac impediunt mala opera, quæ gratuita dona impedire poſſunt.

Superiori ſententiæ aliqui annectunt aliam, quæ quaſi ad quoddam naturale inclinat, dicentes; Non repugnantiam ad gratiam, ſiuè non reſiſtere gratiæ, fuiſſe apud Deum ſufficientem cauſam, vt reiectis alijs, quoſdam prædeſtinaret.

Sed contrà inſtatur; quia illa non reſiſtentia, ſiuè non repugnantia, qua homo non repugnat, vel reſiſtit diuinæ gratiæ pulſanti, eſt effectus diuinæ prædeſtinationis; vt clarum eſt: Ergo non eſt ponenda illius cauſa. probatur etiam antececedens; quia omne medium, neceſſarium ad acquiſitionem gloriæ, eſt effectus prędeſtinationis; Sed non repugnare gratiæ diuinæ eſt ad ſalutem neceſſarium; Ergo eſt effectus, & non cauſa prædeſtinationis.

Præterea prædeſtinatio refert voluntatem Dei volentem conferre media omnia neceſſaria; ſed medium aliquod non potuit dari ex præuiſione non repugnantię gratię Diuinæ; quia Diuina vocatio ad finem ſupernaturalem eſt medium; tamen prior eſt non reſiſtentia, vel quàm, quòd ei non reſiſtatur.

Sed fortius, ſi non reſiſtentia eſſet Prędeſtinationis cauſa, in omnibus eſſet cauſa; ſed conſequens videtur falſum; quia pueri Baptizati, morientes antè rationis vſum, caruerunt illa non reſiſtentia, vel ſaltèm poſitiuè non habuerunt eam; & nihilominus ſunt prędeſtinati: Ergo nullo modo illa non repugnantia gratię, eſt prędeſtinationis cauſa.

Finaliter quandò aſſeritur ab iſta opinione, Deum Prędeſtinaſſe ex non repugnantia gratię pręuiſa; aut intelligitur de non repugnantia ad primam gratiā aut ad vltimam; ſed nec ſic, nec ſic; ergo hac ratione non prędeſtinauit. Quò ad primam.

Digitized by Google

ántequàm peccet, nullumq́; coronare priuſquam vincat: Quarè voluit præuiſa merita cauſam eſſe prædeſtinationis, & demerita reprobationis; Cumque ab ęterno, Deo fuerint omnia pręſentia, hinc dicunt quodam modo apparere opera meritoria, & demeritoria fuiſſe a Deo pręſcita, & ſecundùm illa prędeſtinaſſe, vel reprobaſſe: & ſic non poteſt obijci; vt inconueniens, dici temporale cauſa æterni.

Tandem dico, Beatum Auguſtinum aliquandò tenuiſſe, Deum prædeſtinaſſe non ex pręuiſione bonorum operum, ſed ex præuiſione futuræ fidei; Vt in Epiſtola ad Roman. 9. ac alijs locis: Elegit (inquit) ipſe Deus quos pręſciuit credituros eſſe; Verùm poſtea retractauit, dicens; ſe ita tenuiſſe, quia non conſiderabat, Fidem donum Dei eſſe, & prędeſtinationis effectum, ſicuti eſt, & non cauſa. Ex ſcholaſticis etiam aliqui tenent, merita bonorum operum pręuiſa mouiſſe Deum ad prædeſtinandum; Vt ſunt Henricus Gandauenſis quolibeto 4 q. 19. & quolibeto 8. quæſt 5 Albertus Pigius Campenſis libro 7. de libero arbitrio cap. 8. Diuus Bonauentura in 1 ſent. diſt 41. quæſt. 1. Cum his ſunt, & quàm plures alij, ſic exponentes ſuam poſitionem; dicunt, quòd non prædeſtinamur ex bonis operibus meritorijs, quaſi Deo offerentibus aliquid magni reſpectu tanti beneficij; Sed aliquale motiuum congruitatis exhibent opera noſtra, vt nos Deus prædeſtinet: Nec primò, & principaliter ex noſtris operibus bonis moueatur ad prædeſtinandum. Quid verò impedit (aiunt) quin ſecundariò ex præuiſis bonis operibus noſtris non prædeſtinet? Sicut de iuſtificatione omnes fatentur; in qua primò, & principaliter concurrit Deus gratia ſua præueniente; Secundariò autem, ac minus principaliter concurrit liberum arbitrium noſtrum, gratiæ aſſentiens, & inſpirationi Diuinę: Similiter cùm prędeſtinatio principaliter attendat, vt communis illa Dei prouidentia (qua vult omnes homines ſaluos fieri, atq; ad hoc, omnibus ſufficientia media communia contulit) ſit efficax, & per glorificationem compleatur; cauſam habere poteſt, vt expoſitum eſt: Ex iſto dicendi modo manifeſtè patet, quomodo intelligenda ſit iſta electio, & pręde-

deſtinatio,quæ præuiſis operibus bonis ponitur; eſt certè totaliter ſimilis illi, quę aſſignatur pro Angelis prædeſtinatis poſt meritorum pręuiſionem.

Verum his non obſtantibus plures, & expreſſe ſunt authoritates Apoſtoli Pauli, Vbi videtur, partem oppoſitam tenere; videlicèt prædeſtinationem fieri ſimpliciter abſque bonorum operum quorumcunque pręuiſione: Spetialiter illa eſt ad Romanos. 9 *Cum nondum nati fuiſſent*, &c. quem locum Diuus Auguſtinus ad Simplicianum explicans queſt. 2. Tria obſeruat: Primò notabiliter, ac ſapienter Apoſtolum dixiſſe Iſaac ex vno concubitu genuiſſe Eſau, & Iacob fratres; vt euitaretur ſuſpicio referendi prædeſtinationem, vel reprobationem ad merita, aut demerita parentum, ſi eſſent in gratia in conceptu vnius, & in peccato in conceptu alterius: Etiam, vt deſtrueret occaſionem referendi inęquales ſortes horum ad Aſtra.

Secundariò, ideò ſic locutum fuiſſe, cùm nondum nati fuiſſent, aut aliquid *boni*, *uel mali egiſſent*; Vt merita pręcedentia omnia interimeret.

Tertiò hac de cauſa adieciſſe; Non ex operibus, ſed ex vocante; vt rationem, ac omnium operum ſuſpitionem, etiam ſubſequentium, auferret.

Finalitèr, inquit iſte Auguſtinus Dum Paulus omnia refert in Dei voluntatem, inquiens: Miſerebor, cuius Miſertus ſum, & cęt. & Romanorum 9. iterum Non eſt volentis, neque currentis; ſed Dei miſerentis. Vlterius: Nonne habet Figulus luti, &c., vt in 3. libro à me declaratum eſt.

Sole clarius oſtendit, nullam (ex parte noſtra) cauſam dari prædeſtinationis.

Licèt naturalis corporis conſtitutio, nec naturalia opera, nec quæ naturam ſapiunt, vt illa non reſiſtentia, nequiuerunt Deo ſufficiens dare motiuum, vt quoſdam prędeſtinaret, cęteris relictis; vt oſtendimus. Viſum eſt aliquibus, ad ſupernaturalia bona confugere, ſicut ad magis proportionata: Sed quia ſupernaturalitas non tantùm modo vno conſideratur; Cum aliqui ponant ſupernaturale ex ſolo obiecto, & non

ex prin-

Digitized by Google

ex principio: Alij ſupernaturale ponunt ex obiecto, & ex principio; indè euenit, vt Pelagius, & ſequaces eius aſſignarent cauſam prędeſtinationis ex parte noſtra, opera ſupernaturalia ex obiecto; ſed naturalia, ex ſuo principio, hoc eſt in Deum directa.

Tria Pelagius conſtanter aſſerebat in propoſito de quo loquimur: Primum, quòd homo ex viribus naturalibus poteſt ſe ad gratiam diſponere: Secundum quòd eiuſdem viribus poteſt reſiſtere cuilibet tentationi, quantumcunque magnę: Tertium, quòd homo lapſus in peccatum, eiſdem viribus naturalibus poteſt ab eo reſurgere.

Vndè, ſi vera fuiſſent iſta, non illegitimè inferebat, quòd proprijs meritis, vel demeritis accipit, vel non accipit homo vocationem primam, cęteraque gratuita dona, pręſcientia, quorum meritò cauſa fuit, vt iſti potius, quàm illi efficaciter eligerentur, & prædeſtinarentur à Deo.

Quò autem ad tres priores errores, Pelagius condemnatus eſt in tribus concilijs, ſcilicet, Milleuitano, Auraſciſenſi, & Carthaginenſi; & nouiſſimè a Concilio Tridentino Seſſ. 6. Quò verò ad quartum errorem, qui ex tribus primis deſcendit (velut riuus a fonte) acerrimè confutatur à Diuo Auguſtino multis in locis, & pręſertim in libris confeſſionum 23. & 10. Nec diſtat multum à prędicto errore id, quod multi aſſeruerunt; quòd ſcilicèt, quamuis cętera nequeant a nobis fieri; ſine Dei auxilio; credere tamen poſſumus viribus proprijs; quam fidem præuiſam, aſſerunt, cauſam eſſe Prędeſtinationis. In quo errore aliquandò fuit (vt ſupra dictum eſt) Beatus Auguſtinus, vt ipſe refert libro de prędeſtinatione ſanctorum cap 23. illum tamen poſteà retractauit libro 1. retractationum cap. 23. conuictus illo Ioannis 6. *Hoc eſt opus Dei, vt credatis in eum*, &c ad Epheſios 2. *Gratia ſaluati eſtis per fidem, & hoc non ex vobis; Dei enim donum eſt.* Et ad Philip. 2. *Vobis datum eſt non ſolum, vt credatis; ſed, vt patiamini pro eo.* Et 1 Timoth. 1. *Miſericordiam conſecutus ſum, vt ſim fidelis.* Damnatus eſt prędictus error in Concilio Milleuitano cap. 1. Vbi de fide dicitur; *Fidem eſſe initium ſalutis*: Et quod non eſt a nobis, ſed Phil. 2.

V 2 à Deo.

à Deo. Idem in Concilio Tridentino Seſſione 6. cap. 8.

Poſtquàm vidimus, quòd naturalia ex principio; ſupernaturalia autem ex obiecto, nequeunt cauſam eſſe Prædeſtinationis: Alius modus dicendi ſupereſt, quòd ſupernaturalia ex principio, & ex obiecto ſunt rationes Prędeſtinationis; Sed, quia hęc opera poſſunt illa eſſe, quæ pręueniunt gratiam iuſtificantem, vel quę illam ſubſequuntur; Erit alia opinio, quòd opera ex Diuino auxilio pręuenienti orta, & gratiam gratificantem pręuenientia à Deo præuiſa; fuiſſe motiuam cauſam meritoriam prędeſtinationis; ita dicit Dominicus a Soto, ſuper Epiſtolam ad Romanos 9.

Sed iſte modus dicendi facilem habet impugnationem, primò; quia ponit aliquod genus meriti reſpectu gratię primę; quod ſcholaſticis minimè placet.

Secundò, quia non ſatisfacit omnibus prędeſtinatis, cùm plures ſint prędeſtinati, ſinè talibus operibus; vt patet in pueris baptizatis, in quibus nullum proprium opus pręceſſit.

Tertiò, quia opera iſta pręuenientia gratiam iuſtificantem, ſunt diſpoſitiones communes tàm reprobis, quàm electis prouidentię vniuerſalis ipſius Dei: Ergò de ſe ſola nequiuerunt Deo exhibere ſufficiens motiuum, Vt quoſdam prędeſtinaret, alios autem relinqueret.

Ommiſſis ergo operibus, gratiam iuſtificantem pręuenientibus; Viſum eſt aliquibus recurrere ad opera, quę illam ſubſequuntur: Vndè Gabriel Biel in 1. ſenten. diſt. 1. quęſt. 1. exiſtimat prędeſtinationem, ſolum eſſe propoſitum conferrēdi gloriam; & ſic ponit, vt vnicum effectum prędeſtinationis, glorificationem ipſam; Vt cùm opera noſtra (ex gratia gratificante exiſtentia) cauſa ſint glorię conferrendę, ipſa vt pręuiſa, ſunt rationes prędeſtinationis: Sed reuerà decipitur, cùm, vt in pręcedentibus declaratis in 2. libro, oſtendimus prędeſtinationem verſari circà omnia media, tanquàm circa per ſe adæquatum obiectum.

Cùm ergo nullum bonum, ſiuè naturale, aut ſupranaturale conſideratum in homine, vt pręſcium, potuit mouere Deum vt eum prędeſtinaret: Inueſtigare voluit Alexander Alenſis, an for-

an fortè opera bona ſupernatulia meritoria futura, poſſint mouere Deum ad prędeſtinandum hominem. Et ideò, 1. parte quęſt. 28. membro 3. art. 3: tuetur partem affirmatiuam; quam propoſito exemplo declarat, inquiens; Sicut Rex non propter opera, quę fortiter ſit miles operatus; ſed, quia pręſcit ipſum ſtrenuè pugnaturum, ſtatuit dare illi arma, vt prędietur; & vltra decernit, vt per pugnam ſibi miles mereatur illamet arma: reuera opera illa, in quibus benè ſe geſſerit, cauſa meritoria fuerunt decreti regalis antecedentis. Non diſſimili, inquit, modo Deus pręſciens hos homines benè vſuros gratia Diuina, ſtatuit dare illis auxilia ſupernaturalia, gratiam ſcilicèt iuſtificantem, & gloriam; quę omnia, ait, ipſi exercitis operibus merentur electionem, & prędeſtinationem, cęteraque dona, quę antecedunt glorificationem.

Hęc Alexandri ſententia, ſic intellecta, & declarata, videtur falſa fortè, & impoſſibilis; falſa certè, quia audet ponere meritum de condigno reſpectu primę gratię; à quo Theologi multum abhorrent. Profectò, ſi per opus bonum, quod à gratia procedit, homo primam gratiam mereretur; ſequeretur, vel quòd non mereretur nouam gratiam, & gloriam; Vel quòd duplex pręmium mereatur; gratiam ſcilicèt habitualem, & de nouo conferrendam aliam; ſed horum vtrumque falſum eſt, vt patet.

Vlterius ſequeretur, quòd collatio primę gratię non eſſet abſoluta donatio, ſed quędam mutuatio primę gratię, vt per illam homo mereatur gratiam primam ſibi pręmutuatam; quod ſuo exemplo patere poteſt. Rex enim, quandò arma dedit militi, vt militaret, & per quę arma remunerat militiam eius: ſi benè conſideretur, arma non donauerat, ſed accommodauerat; quia ſi vera fuiſſet donatio, iam abſolutè ipſa arma fuiſſent effecta ipſius militis, ac conſequenter irrationabiliter per illamet eius militis, Rex ſatisfacere voluiſſet: Similiter in propoſito, ſi per eadem bona, Deus retribuit, illa non pręfuerant abſolutè donata; Vel ſaltem dicendum eſſet, donationem primę gratię fuiſſe ſolum quandam anticipatam remunerationem meriti, poſteà futuri; Vt ex ſimilitudine illa pa-

Digitized by Google

tet; poſſet enim Rex ſi fortè miles egregiè bellum non exercet, iuſtiſſimè ab eo arma repetere: At Deus liberaliſſimus non ſic repetit primam gratiam:cùm,iuxtà ſententiam Diui Pauli, *Sinè pœnitudine ſunt dona ipſius.* Vndè abſolutè donat, & independenter à meritis futuris.

In quo ſenſu intelligitur illud axioma commune Theologorum; *Nullum*(nempè) *mereri ſibi poſſe primam gratiam: quia fuit gratis conditionata.*

Probatur etiam falſa in noſtro prędeſtinationis propoſito; Quia Diuus Apoſtolus ad Romanos 9. non fuit contentus aſſerere, Antequàm quicquam boni, aut mali egiſſent, & ęgt.
Rom. 9. Sed ſubdit: *Non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt, quia maior ſeruiet minori*; vt per hęc excluderet non ſolum opera pręcedentia, ſed etiam ſubſequentia: Vndè ad Ephes. 1 ait *Elegit nos in ipſo antè mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti*: In quo loco ſapienter notat Diuus Hieronymus; *Non quia futuri eramus ſancti, ſed vt eſſemus.* Et cap 1. idem Apoſtolus, ita dicit; *Creati in bonis operibus, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus*: Ergo Deus non ſolum gratiam pręparat propter futura bona opera; Sed etiam ipſamet opera pręparat, vt in illis ambulemus; iuxta illud Iſaię;
Iſaiæ 26. *Omnia opera noſtra operatus es Domine nobis.* Contrà quem etiam errorem pugnat Diuus Auguſtinus de bono perſeuerantię cap 9.

Adhuc contradicitur; quia ſi ille bonus vſus futurus, eſt ratio, quare Deus dona gratuita concedat: Ergo vſus pręuiſus malus futurus, erit apta ratio, Vt Deus nullum conferat ſupernaturale donum malè vtenti: quod eſt contrà veritatem, & experientiam: Videmus enim ſæpe recipere maiora auxilia
Mat. 11. gratię illum, qui minus benè illis vſus eſt; iuxtà illud Saluatoris. *Si in Tyro, & Sydone factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ*
Iſai 65. *ſunt in te, egiſſent pænitentiam,* &c. Iſaię 65. *Præuentus ſum à non quærentibus me*: Ille ergo bonus vſus coniecturatus nequiuit Deo dare iuſtam rationem eligendi: Et etiam contrariatur huic poſitioni electio, & prędeſtinatio, & iuſtificatio puerorum baptizatorum, in quibus nullus fuit vſus liberi arbitrij.

Alij

Alij exiſtimarunt, non ſolum opera abſolutè, & realiter futuram fuiſſe cauſam prędeſtinationis; ſed etiam opera ſub conditione futura, ſi diu vita hominis produceretur, Deum mouiſſe ad prędeſtinandum aliquos, alios verò reprobandum. Quem errorem Diuus Auguſt. affirmat Pelagianos fuiſſe tutatos; qui dum à Chriſtianis Catholicis interrogarentur; Vndè nàm proueniret ex paruulis quoſdam ſaluari, quoſdam autèm damnari? Reſpondebant id euenire, non ex operibus geſtis, ſed ex his, quę facturi erant, ſi ſuperuixiſſent.

Sed is dicendi modus, cum erroneus ſit, impugnatur à Diuo Auguſtino libro 2. de bono perſeuerantię cap. 9. & a Diuo Ambroſio 1. de Vocatione gentium cap. 12 Pęnitus etiam deſtruitur per illud ad Corint. *Omnes nos manifeſtari oppor-* 2. Cor. 5. *tet ante Tribunal Chriſti*, vt referat vnuſquiſque propria corporis, prout geſſit. Non dixit prout facturus erat, ſi vixiſſet, Pręterea qui erat peccaturus, ſi viueret, cito raptus è vita, non fuiſſet ſaluus; contrà illud ſapientię 4. *Raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum eius, aut nè fictio deciperet animam illius:* Ergò, ſi ille ſuperuixiſſet, damnaretur propter mala opera, quę faceret; & ſaluus factus eſſet, per bona opera, quę geſſit: Ergò Deus prędeſtinans non attendit, nec remunerat opera fienda, ſed potius facta ab homine dum eſt vita ſuperſtes.

Aſſignatis omnibus modis, qui in prima generali ſententia contineri poſſe videbantur; ſupereſt, vt immediatè accedamus ad examen ſecundę ſententię generalis, quę medio modo ſe habet aſſignando duo genera ſaluandorum; primum eorum, qui ſinè operum quorumcunque bonorum pręuiſione abſolutè, & ſimpliciter fuere prędeſtinati: Alterum verò eorum, qui pręuiſis operibus, cum communibus auxilijs in manu conſilij ſui à Deo relicti ſunt: primum autem genus in hoc, quod dicit, prędeſtinatos eſſe abſque bonorum operum, ſeu meritorum pręuiſione, conuenit cum tertia ſententia quam aſſignabimus, quę tenet prędeſtinationem fieri abſque quarumcunque bonorum pręuiſione; ſed differt in hoc, quòd iſta eiuſmodi, eſt omnium prędeſtinatorum; & ſaluandorum; illa autem eſt ſolum aliquorum.

Eſt au-

Digitized by Google

Eſt autem noua hęc opinio Ambroſij Chatarini Politi, quondàm Dominicani Ordinis ſuo libello de Prędeſtinatione, olim à multis ſecutus; in hoc tamen ab eo differentibus; quia ſecundum genus, quod ille vocat ſaluandorum ſimpliciter, non autem electorum, nec prędeſtinatorum; iſti aiunt eſſe de numero non tantum ſaluandorum, ſed etiam prædeſtinatorum: ita vt Duo genera ſint prędeſtinatorum, nempè eorum qui abſque pręuiſione, & aliorum, qui cum bonorum operum, & meritorum præuiſione prædeſtinati ſunt, ſub conditione; Vt ſi benefecerint, & vſque in finem perſeuerauerint: Alios autem infallibiliter reprobaſſe.

Fateor, quòd & ego pòſt longum ſtudium Theologorum, ac Patrum Græcorum, & Latinorum, pòſtquè vehementem meditationem huius mirabilis arcani prædeſtinationis, incidi in eiuſmodi opinionem, antequam Chatarinum, vel aliquem ſuum aſſeclam vidiſſem; &, vt verum fatear, exiſtimabam menti meæ internę cęlitus illapſam; confirmauit multò magis me in hac lectio ſupradicti Patris Ambroſij Chatarini.

Tandem ad plurà reſpiciens, ac Doctiſſimos Theologos videns, illam neruis totis deſtruentes, & ego cum illis pariter deſtruo.

Vndè cum eis firmiter aſſero, neminem ſaluari abſque eo quòd fuerit electus, & prædeſtinatus a Deo: quod faciliter probatur; quia nemo beatitudinem aſſequitur abſq; eo, quòd in ipſo fuerit completa prouidentia ſupernaturalis communis; quam completionem, voluntate antecedenti, & quantùm eſt ex parte ipſius Dei, vellet in omnibus compleri: quia vellet omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire: ſed completa prouidentia, vel quę infallibilem habitudinem dicit ad complementum, certè nomine prædeſtinationis cenſetur, vt eſt ab omnibus receptum; ergo manifeſtum eſt, nullum ſinè electione, & prędeſtinatione ſaluari.

Quod etiam argumento à proportione perſpicuum fit; Omnis enim, qui damnationem æternam patitur, à Deo fuit reprobatus; Cur ergò, cùm vtrobiq; vna, & eadem ſit ratio

tio, ſinè prædeſtinatione aliquis beatitudinem conſequetur?

Prętereà omnes (quos vocat Catarinus non prædeſtinatos) habent ſufficientia auxilia, quibus ſaluari poſſunt; ergò de facto aliquis ſaltèm ſaluabitur. Vndè ex ſupradictis cogimur introducere duplex prædeſtinatorum genus; quod reuerà non datur; cùm diuinæ ſcripturæ in contrarium militent, quibus probatur non prædeſtinari aliquem ex operibus; licèt, tenentes iſtud duplex prędeſtinatorum genus, interpretentur omnia de illis illuſtribus electis prædeſtinatis, ſinè præuiſione operum; non autem de cęteris alijs, cùm communibus auxilijs à Deo relictis in manu conſilij ſui. Et pro confirmatione illius ſuæ ſententię, inſurgunt contrà tertiam poſitionem, tenentem omnes prędeſtinari abſque vlla operum pręuiſione, cùm teſtimonijs ſcripturarum, tùm fortiſſimis rationibus.

In primis pro ſe, & contrà tertiam ſententiam adducunt illud Diui Pauli ad Roman. 8. ſcilicèt.

Quos præſciuit, & prædeſtinauit, conformes fieri imaginis filij ſui. In quo loco, aiunt, quòd S. Apoſtolus inconuenienter interprętatur, de modo quocunq; pręſcientię, ſcilicet ſecundùm naturale eſſe, cùm huiuſmodi pręſcientia ſit communis tàm bonis, quàm malis: *Oculi enim domini contemplantur bonos, & malos*, ait ſcriptura. Ergò intelligendum eſt de ſpeciali quadam præſcientia, qua prædeſtinati præſciuntur à Deo benè ſe geſturi circà perceptam gratiam; ergò talium operum præſcientia fuit ratio prædeſtinationis. Cui interprętationi videtur facere huius loci explanatio Gryſoſtomi, & Theodoreti, qui ſic interprętantur illa verba: *Quos præſciuit; & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui*; ideſt, quos præſciuit futuros eſſe conformes filio ſuo per opera bona, eoſdem prædeſtinauit. Prou. 15.

Habetur ad hoc propoſitum illud Matthęi 25. *Quod homo quidam peregrè proficiſcens, vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua; & vni dedit quinque talenta, alia autem duo, alij verò vnum; vnicuique ſecundùm propriam virtutem*: ergò gratia datur ſecundùm propriam virtutem vniuſcuiuſq;: & conſequenter idem aſſerere poſſumus de dono prædeſtinationis. Mat. 25.

2.Pet. 1. Prętetea ad hoc facit dictum Diui Petri in ſua ſecundæ Epiſtola cap. 1. cùm ſic loquitur; *Qua propter, fratres, magis ſatagite, vt per bona opera certam veſtram vocationem, & electionem* 2.Tim. 2. *faciatis*: Et Diuus Paulus ſecunda ad Timot. *Si quis emundauerit ſe ab his*; ideſt peccatis: *erit Vas in honorem ſanctificatum, & vtile domino*. Ex his duobus teſtimonijs clarè habetur, nos cauſam eſſe noſtrę prædeſtinationis, & vt ſimus vaſa in honorem; quibus nominibus prędeſtinati intelliguntur: Deindè non minus patrum dicta ſuffragantur; præ cæteris, Auguſtini ſuper Epiſtolam ad Roman. 9. quando inquit: Quem ſibi crediturum eſſe præſciuit, ipſum elegit; Quod item confirmat lib. 83. quæſt. 68. ſic: Cui vult miſeretur, & quem vult indurat: Sed hæc voluntas iniuſta eſſe non poteſt; Venit enim de occultis meritis. Quomodò clarius potuit Diuus Auguſtinus exponere mentem ſuam? cauſamque prædeſtinationis ex parte meritorum occultorum aſſignare?

Diuus Hieronymus ſuper Malachiam 1. Dilectionem, & odium Diuinum aſſerit ex præſcientia naſci futurorum.

Ambroſius non minus clarè ad Roman. 8. his verbis; Quos præſciuit ſibi futuros eſſe deuotos, hos prędeſtinauit: Et iterum Sic; Cùm omnes ex eadem maſſa ſimus ſecundùm ſubſtantiam, vnius tamen miſeretur, & alterum deſpicit, non ſinè iuſtitia; Iuſtitia verò merita reſpicit, & demerita; Ergo. Gryſoſtomus ad Romanos 9. Suum iudicium ſic prodit: Pharaon vas irę à ſua iniquitate factus eſt; ſicut alij vaſa miſericordię a ſua probitate; quid clarius poteſt dici?

Theophilatus ad Romanos 8. ait: Quos pręcognouit dignos, vt vocarentur, hos prædeſtinauit: Et Paulum, quia dignum prępuidit vocatione, ideò prędeſtinauit. In eandem ſententiam conuenit Eucumenius; Et, ſi omnes Patres Græcos conſideremus diligenter, ferè omnes videbimus tenere prędeſtinationemm celebratam, pręuiſis operibus bonis.

Secundò rationibus probant, primò ſic; Electio, ſua formali ratione poſcit reperiri inter duo diuerſa, & minus inter duo inæqualia, ratione cuius inæqualitatis, potius hoc, quàm illud eligitur; ergo cùm ex parte eligendorum a Deo, nō aptior

appa-

appareat inæqualitas, quàm ea, quæ ex parte operum, ſiuè meritorum eſt; patet Deum meritis præuiſis prædeſtinaſſe. Antecedens patet; quia aliter Deus non poſſet excuſari ab acceptatione perſonarum, ſi tantùm perſonam, & non cauſam reſpiceret: Contrà dictum Petri Actuum. 10. *In veritate comperi, quia non eſt acceptator perſonarum Deus.* Actuū x.

Secundò, ſi Deus prædeſtinat antequàm videat opera; ergò prædeſtinatus neceſſariò ſaluatur, & non liberè; & huiuſmodi conditionalis admittenda eſt, cùm in eo, in quo aliquid prædeſtinatur à Deo, videatur ceſſare perfecta libertas; & ſic in propoſito ſequetur (ſaltem reſpectu ſalutis) non ſupereſſe liberum arbitrium, licèt illud concedamus in medijs circumſtantijs alijs magis particularibus: hoc autem concedere liberrimum eſſet, & intollerabile: Vt vitemus ergo periculum hoc, melius erit tenere, nullum à Deo prædeſtinari, abſque præcognitis operibus.

Tertiò, velle Dei eſt efficere, & exequi; ſed Benedictus Deus in illa reali executione, non dat Beatitudinem, niſi propter merita: Ergo nec ab æterno diſpoſuit prædeſtinare, niſi propter merita præuiſa; ac conſequenter prædeſtinatio, quę originem ducit ab illa voluntate dandi beatitudinem ex operum prçuiſione, non dabitur niſi ex operum præuiſione.

Hucuſque ſufficit adduxiſſe argumenta iſta pro opinantibus pręděſtinationem fieri ex pręuiſis bonis operibus, ſiuè meritis bonorum operum: quæ licèt primo aſpectu videantur difficilis ſolutionis; tamen (Deo dante) claram ſolutionem aperiemus.

M[illegible] S T I E V S:

Difficulter capere queo, quo modo in contrarium poſſit teneri, ac dici, cùm videamus omnes primò intelligere, ac velle opus laboris; ſecundariò autem laboris, & operis boni mercedem; immò ob boni operis executionem, intendunt, ac volunt exhibere mercedem: non ſecus; meritum etiam ſemper pręcedit pręmium, tam in intentione, quàm in reali exiſtentia; reſpectu præſertim domini pręmium conferentis: ſic laborem, & meritum boni operum noſtrorum prius in-

tellexit, ac voluit Deus; conſequenter, poſteà deſtinauit benè operantes ad præmium vitæ æternę; quinimò propter operum bonorum merita prędeſtinauit. Et huic meæ ſententię videtur alludere illud: *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata*; ac ſi diceret; Tu iuxtà naturale appetitum, ac deſiderium (quod non ſemper rectè incedit) procedis, appetendo ſimpliciter, & abſolutè bona vtilia; Vti eſt vita chara viuentibus: verùm ego antè omnia rectitudinem ęquitatis, & iuſtitię; Conſequenter autèm, vitam illam ęternam beatam excogito, & pro mercede ſecundùm iuſtitiam diſtributiuam confero: Si obiectionibus his meis ſatisfeceris, fortè abſque vlla hęſitatione adhęrebo ſententiæ doctorum, tenentium prędeſtinationem liberaliter, abſq; pręuiſione quorumcunque meritorum, fieri à Deo, vt declaraſti; quam & tu tenes, ac defendis.

Mat. 19.

MAGISTER.

Difficulter capis quomodo poſſit prędeſtinationem fieri abſque præuiſis meritis, quia exiſtimas Deum ob neceſſitatem, & inopiam aliorum bonorum largiri præmia, & mercedem laborū humano more: Enimverò, cùm in ſe ſit ſufficientiſſimus, & nullis bonis extrà ſe egeat; liberaliter, & ex mera liberalitate ſua, propter ſummam ſuam bonitatem cogitat, ac diſponit nobis conferre bona ſua, in quorum numero, præſertim ſunt gratia, & gloria, ſeu ęterna beata vita: & excogitatio hęc, & diſpoſitio, prædeſtinatio eſt: Quia autem glorioſius eſt coronari cum meritis aliquibus propijs in adultis, quàm ſine illis, vt in paruulis decedentibus cum Baptiſmate (quibus valent, & applicantur merita Chriſti, iuxtà exigentiam vitę ęternę præmij) Ideò conſequenter diſponit, ac vult conſecutionem ex meritis, & propter merita. Quando dicis meritum præcedere pręmium, tam in intentione, quàm in executione reſpectu dominorum pręmia conferentium; Ita res ſe ſe habet apud illiberales, quęrentes ſemper quæ ſua ſunt; & omnia elargientes, quæ largiuntur, aſtricti iuris ratione, & modo quodam fortaſſè coactè. Cùm autem glorioſus Deus (vt dixi) bonorum noſtrorum non egeat, & liberaliſſimus ſit; Vt ergò liberalis, prius excogitauit, & voluit

prædeſtinatorum æternam vitam, quam deindè fecit meritorum pręmium; cùm conſequenter ordinauerit merita.

Sed quandò adducis authoritatem illam; *Si vis ad uitam*, &c. Tanquàm alludentem ſententiæ tuę; dico, quòd potius alludit opinioni, & ſententię tenentium prędeſtinationem fieri abſque meritorum pręuiſione. Voluit enim nobis quęrentibus tantummodò vitam, nobis ab ipſo Deo liberaliter, & gratis prędeſtinatam; nec de medijs, ad ipſam neceſſarijs conſequendam, meditãtibus (in quibus eſt mandatorum obſeruantia) ingerere meditationem, & realem mandatorum obſeruantiam; quaſi diceret: Licèt finis beatitudinis ſit primus in intentione; vltimus tamen eſt in acquiſitione: adeò quòd primò media, ſine quibus non acquiritur, actualiter debent pręcedere. Sic tu quicunque vis vitam beatam (primò intentam) conſequi, ſtatim excogita, & obſerua media; alioqui non attinges ſcopum. Hoc voluit, & filijs Zebedęi petentibus dextram, & ſiniſtram regni, per matrem ſubornatam, ſignificare, cùm dixit; *Neſcitis quid petatis*; ſcilicèt, petendo finem abſque medijs, & pręmium abſque meritis, Coronamque abſq; certamine. Vndè ſubiunxit de medio, & merito; *Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum?* quibus, cùm reſpondiſſent, *Poſſumus*; ſubiunxit; *Calicem quidem meum bibetis*. ideſt: Scio quòd bonum operamini, vt dignitatem Regni mei promereamini; Sed ſedere ad dextram, &c. ſed quibus paratum eſt a patre meo; ſcilicèt per liberalem, & gratioſam ęternam prędeſtinationem; & hoc ex vi verborum poteſt, ac debet intelligi, abſq; meritorum pręuiſione. Mat. 20.

M . S T.

Antequàm ſoluas argumenta ſuperius adducta, pro opinantibus prædeſtinationem fieri ex præuiſis operibus, ſiuè meritis; feciſtique ſatis obiectionibus meis; vellem, vt hanc, quam ſequeris opinionem prędeſtinationis ſinè meritorum pręuiſione, fulcires fortiſſimis argumentorū armis, cùm maximi momenti res ſit.

MAGIST.

Pluſquam libenter, vt petis pręſtabo. Primò authoritatibus

tibus ſacræ ſcripturę: Secundariò dictis Sanctorum patrum; Tertiò, & vltimò aliquibus rationibus.

Primò igitur eſt teſtimonium Diuinę ſcripturę, incipiendo ab epiſtola Pauli ad Romanos 6. vbi Diuus Apoſtolus ſeriò conatur demonſtrare ſeparationem, & differentiam Filiorum regni Dei, & Filiorum perditionis, non aliunde euenire, quàm à Diuina voluntate, & ſuo Diuino arbitrio, quo ſibi magis hos, quàm illos placuit eligere: Ait certè; *Rebecca ex vno concubitu habuiſſe Iſaac patris noſtri; Cum enim nondum nati fuiſſent, aut boni, vel mali egiſſent aliquid: vt ſecundum electionem propoſitum Dei maneret; non ex operibus, ſed ex vocante, dictum eſt ei, quia maior ſeruiet minori, ſicut ſcriptum eſt; Iacob quidem dilexi, Eſau autem odio habui*. Quę omnia verba iſta faciunt ad firmandum ſententiam iſtam. Dixit verò ex vno concubitu, vt excluderet anſam gloriandi in propria corporis conſtitutione, vel in cœlorum influente conſtellatione. Dixit, Cum nondum nati eſſent; vt euitaret gloriandi occaſionem in proprijs meritis pręcedentibus. Deniq; cum ſubdit; Non ex operibus, excludit merita ſubſequentia, ſint vè ſimpliciter merita, ſiuè ſecundum quid; Cauſalitatem habeant per ſe, vel per accidens, dummodò ſint opera noſtra. Et vt finaliter Paulus doceret, cui eſſet prędeſtinatio attribuenda, ſubiunxit; vt ſecundum electionem propoſitum Dei maneret, non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt ei, quia maior ſeruiet minori, ſicut ſcriptum eſt; Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. Quę verba, licèt ſecundum litteram intelligantur primò de temporali differentia inter Iacob, & Eſau; quia Iacob eripuit ipſius Fratris ſui Eſau patris primogenituram, vt habetur Geneſis 27. Intelligitur etiam allegoricè de diſcretione inter populum Idumęum, ortum ab Eſau, & populum Iſrael, ortum à Iacob, vt ex illis verbis Geneſis 25. patet ſic: *Duæ gentes in vtero tuo ſunt, & duo populi ex vtero tuo diuidentur, populuſque populum ſuperabit, & maior ſeruiet minori.*

Rom. 9.

Verùm, poſtquàm locum illum in ſenſu myſtico Apoſtolus declarauit; certum eſt illum fuiſſe veriſſimum illorum

verborum

verborum ſenſum; vt ſecundùm ſpiritum, intelligantur de ſpirituali diſcretione inter duas illas perſonas Iacob, & Eſau: Conſequenter etiam inter congregationem Beatorum, & congregationem damnatorum, quorum vtrumque figuram gerebant Iacob, & Eſau.

Secundariò teſtimonium accipitur ab eodem Apoſtolo, qui excellentiſſimè de hac Diuina prędeſtinatione docuit, ac ſcripſit ad Romanos, pręſertim 11. vbi ad excluſionem omnis glorię in meritis noſtris, ſic loquitur. Rom. 11.

Quis agnouit ſenſum domini? Aut quis conſiliarius eius fuit? Aut quis prius dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia, ipſi gloria in ſæcula ſæculorum amen. Quaſi diceret: Omnis gloria meritorum noſtrorum bonorum operum ad Deum, tanquàm ad primam cauſam, & principium, à quo omne bonum, referenda eſt: nullo modo nobis vendicanda; quia ſi ad perficienda merita aliquid conſilij, vel auxilij nos contuliſſemus, aliquam gloriam quidem vendicare poſſemus nobis; Sed hoc non, quia ex ipſo, tanquã ex principio; per ipſum, tanquàm per rationem operandi, et in ipſo, tanquàm in conſeruante, ſunt omnia. Vndè ſi res ita ſe habet (pro vt de facto ſe habet) certè dignum, ac iuſtum eſt, vt ſoli ipſi ſit honor, & gloria in ſęculorum ſęcula, amen. Conducet valdè propoſito huic videre Diuum Auguſtinum in libro de bono perſeuerantię, Tomo 3. Etiam in libro de ſpiritu, & litera, Tomo 3. cap. 34. Vbi explicat etiam alium eiuſdem Apoſtoli locum primę ad Corinthios 4. qui talis eſt: *Quis enim te diſcernit? Quid autem habes, quod non accepiſti? ſi autem accepiſti ò homo, quid gloriaris, quaſi non acceperis?* Quaſi dicat Paulus: Reſponde tu, qui gloriaris de tuâ iuſtitia; Quis te diſcernit iuſtum, & pium, ab iniuſto, & impio? Fortè opera tua? Numquid merita tua? Si ergò conuinceris nihil habere non acceptum; non eſt tibi, vndè gloriari queas, niſi in Deo: Vt Idem Apoſtolus alibi ait: *Qui gloriatur, in domino glorietur.* 1. Cor. 4. 2. Cor. 10.

Tertium Teſtimonium, eſt eiuſdem Pauli ad Ephæſios primo, quando inquit: *Gratis ſaluati eſtis per fidem, & hoc*

non

Eph. 2. *non ex vobis. Dei enim donum eſt; non ex operibus, nè quis glorietur.* Si autem aliquis ex modis illis, quos illa prima ſententia generalis amplectebatur, veritatem haberet, abſque dubio aliquam gloriam vendicare poſſemus nobis.

M y s t.

Nonne tribuere nobis poſſumus, quod vocationi, ſiuè excitationi Diuinę non repugnemus? hoc autem in noſtri eſt liberi arbitrij poteſtate: quod videtur innuere etiam Authoritas illa Apocalypſis 3. *Ego ſto ad oſtium, & pulſo; ſi quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad eum, & cænabo cum illo, & ipſe mecum.* Quando inquit, *Si quis audierit vocem meam & aperuerit;* docet noſtrum eſſe audire, & aperire conſentiendo; vel nolle audire, & conſentire gratiæ vocanti, immò diſſentire.

M a g i s t.

Reſpondeo, quod velle audire, & aperire, ſiuè aſſentire gratię vocanti; vt abſolutè eſt à ſolo libero arbitrio; non dicitur velle, ſed potius velleitas quędam inefficax; de qua ſapiens ait; *Vult, & non vult piger*: ac de quo velle, ſic etiam
Prou. 13. locutus eſt Paulus; *Velle adiacet mihi, perficere autem non in-*
Rom. 7. *uenio*: ideſt licet Velleitas illa, & (vt ita loquar) remiſſa voluntas illa propenſa ad bonum in me ſit; haud tamen inuenio, quòd ſe ipſa ſola, ac per ſe ſola, abſq; adiuuante, & concomitante gratia, efficaciter velit, ac perficiat; ideſt, effectuet id, ad quod vocatur. Hoc, & alibi uoluit idem Paulus innue-
2. Cor. 3. re in 2. ad Corinthios 3. cum dicit; *Non quòd ſimus ſufficientes cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis; ſed omnis noſtra ſufficientia ex Deo eſt*: ex quo ſequitur, quòd, cùm uoluerimus gloriari de noſtris bonis operibus, gloriatio erit inanis, & uana; niſi in Domino ſit; vt idem Apoſtolus ait. Quid iam uidetur tibi, ò pie Myſtice Theologe, de hac declaratione, & reſponſione ad obiectionem tuam?

M y s t.

Cum ſimplex idiota ſim, & tanquàm cœcus ad lumen tranſcendens capacitatem ingenioli mei; cuiuſmodi eſt iſtud de vi, ac poſſe liberi arbitrij abſque gratia, vel cum gratia;

ſequor,

Digitized by Google

ſequor, vt Cæcus, ducatum tuum; procede, vt cœpiſti.

MAGISTER.

Procedo quarto loco, interponendo adhuc Teſtimonium Diui Pauli non minoris valoris, & efficaciæ ad aſſentiendum propoſito ſupradicto noſtro cæteris ſupradictis; Ait enim ad Romanos 8. *Diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum his, qui ſecundùm propoſitum, vocati ſunt ſancti*. Quamuis Græci Patres nomine propoſiti haud intelligant ibi Diuinam Voluntatem, ſed ipſius hominis vocati propoſitum, ac voluntatem; Auguſtinus tamen, & alij rectius iſtud, & ſimilia teſtimonia interprætantes, propoſiti nomine, diuinam intelligunt prædeſtinationem; ita, vt loci prædicti ſenſus ſit: quòd hac de cauſa aliquibus omnia cooperantur in bonum; quia Benedictus Deus, ſecundùm propoſitum clementiſſimę voluntatis ſuæ, illos elegit, & vocauit. Quod explicatur magis per id, quod ſtatim idem Apoſtolus ſubiungit; *Nàm quos præſciuit, & prædeſtinauit, conformes fieri imaginis filij ſui*: In quo loco illa coniunctio, &, declarandę rei gratia ponitur, vt ſenſus ſit; Illos conformes fieri Chriſto, quos ad hoc prædeſtinauit. A quo loco habetur excellens, & grauis concluſionis noſtræ confirmatio; Quia ſi aliorũ mẽbrorum Myſticorum Chriſti, prędeſtinatio debet eſſe cõformis Chriſti prædeſtinationi, vt debet: Cũ ſaluator noſter ipſe Chriſtus fuerit, vt homo, prædeſtinatus, & abſque illis pręcedentibus meritis, ac nulla ex parte humanæ naturæ aſſumptę præuia diſpoſitione: *Suſcepit enim Iſrael puerum ſuum ex ſemine Abrahæ*; non quòd ex ſe, & propter pręuiſa merita propria eſſet Iſrael, ideſt clarè videns Deum, & eo fruens à primo inſtanti ſuæ aſſumptionis à Diuino Verbo, & vnionis illi, ſecundùm ſuum æternum beneplacitum; *Tantùm recordatus miſericordiæ ſuæ, locutus fuerat Abraamo, & ſemini eius*. Sequitur ergo, & reliquos Electos conſimili prędeſtinatione prędeſtinatos eſſe, doctiſſimè colligit Sanctiſſimus Auguſtinus de Prædeſtinatione Sanctorum cap. 15 Tomo 7.

Rom. 8.

Luc. 6.

Quintum Teſtimonium ſumitur ex Epiſtola ad Epheſios 1. *Elegit nos in ipſo, antè mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti, & ima-*

Ephes. 1.

Digitized by Google

& imaculati in conſpectu eius in charitate ; qui prædeſtinauit nos in adoptionem Filiorum per Ieſum Chriſtum in ipſum , ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ, in laudem gloriæ gratiæ ſuæ . Et paulo inferius: *In quo etiam , & nos ſorte vocati ſumus .* In qua quidem authoritate plura eſſent conſideranda ; ſed in pręſentiarum , breuitatis cauſa , nos tria tantum conſiderabimus, in Confirmationem ſententię noſtrę. Primum eſt illud , quod aſſerit, nos electos fuiſſe , non quia eramus , ſed, vt eſſemus ſancti ; & ſanctitas eſt prędeſtinationis effectus : vt ergo ex prędeſtinatione ſanctos faceret nos , non ex præuiſione ſanctitatis noſtræ nos prædeſtinauit . Secundum eſt , prædeſtinationem , ſortem vocare ; quoniam ſicut ea, quę ſorte occurrunt , ſecundum merita non conferuntur ; Sic, qui ſorte, id eſt, prędeſtinatione electi, & vocati ſunt , hoc meritis illorum non poteſt adſcribi .

Tertium eſt ; Deum operari omnia in his , quos prædeſtinauit , vt euitet occaſionem gloriandi in proprio opere . quod diligenter obſeruauit Auguſtinus de bono perſeuerantię cap. 7. in cuius comparationem non parum faciunt illa verba Ioannis 15. *Non vos me elegiſtis , ſed ego elegi vos:* Illa omnia tamen, quę ſolus ipſe in nobis operatur , intelliguntur de electione, prędeſtinatione, & vocatione .

Diligenter obſerua.

In 1. Ioannis Epiſtola capit. 4. habentur verba iſta ad propoſitum noſtrum : *In hoc eſt charitas , non quaſi nos dilexerimus Deum , ſed quoniam ipſe prius dilexit nos .*

Innumera ferè ſunt alia loca ſimilia ; quorum vnum ſilentio non prætereã, quod ipſius Pauli eſt, ad Epheſios 2. Sic : *Ipſius enim factura ſumus, creati in operibus bonis , in Chriſto Ieſu , quæ præparauit Deus , vt in illis ambulemus .* Vbi duo ſunt ponderanda . Primum eſt illud , quod dicit , Fuiſſe nos creatos in operibus bonis ; Quia ſicut illud , quod creatur , ex nullo prǽexiſtente ſubiecto fit, quod ad creationem faciat , aut præparet ; Sic , & nos deſtinatos eſſe ad benè operandum, à Deo ſolo fuit , nulla ex parte noſtri pręuia diſpoſitione .

Alterum eſt , quando dicitur , Bona electorum pręordinata fuiſſe a Deo , antequam electi ad opera ipſa bona deuenirẽt.

Secun-

Secundo loco, in confirmationem iſtius ſententię, ſunt Sanctorum patrum, atq; ſcholaſticorum ſententię; licèt Græci Patres videantur contrarium tenere, vt ſuprà tactum eſt; quos ſuo loco conciliamus: Latinorum tamen ferè omnes eam tenent, ac defendunt; ex quibus aliquos breuiter adducemus. Diuus Pater Auguſtinus illam tenet, ac explicat pluribus in locis, pręcipuè in libro de prędeſtinatione ſanctorum & libro de bono perſeuerentię, libro etiam reſponſionum contrà articulos ſibi falsò impoſitos.

Idem tenent Proſper, Hilarius, Fulgentius, Gregorius, Bernardus: &, ex ſcholaſticis doctoribus, Magiſter ſententiarum in 1. diſtinctione 40 quem ſequuntur alij antiqui probatiſſimi Theologi, vt Albertus Magnus, Ricardus, Durandus, Dionyſius Cartuſianus, Ægidius, Herueus, Brito, Capreolus, Diuus Thomas prima parte, quęſt. 22. ar. 5. Item Ioannes Driedonis Clariſſimè eam ſuſtinet. Doctor ſubtilis Scotus, Sic dicit in 1. diſtin 40 quęſtione vnica: Poteſt dici, quòd prędeſtinationis nulla eſt ratio, etiam ex parte prędeſtinati, aliquo modo prior iſta prędeſtinatione; licet ſecus ſit de Reprobatione. Quod ſic probat: Ordinatè volens finem, & ea, quę ſunt ad finem; prius vult finem, quàm aliquod entium ad finem, quia propter finē alia vult: ergò cùm in toto proceſſu, quo creatura beatificabilis perducitur ad perfectum finem, finis vltimus ſit beatitudo perfecta; Deus volens aliquid iſtius ordinis huic creaturę beatificabili; primò vult illi finem, & quaſi poſterius, vult ei alia, quę ſunt in ordine illorum, quę pertinent ad finem illum: Sed gratia, fides, merita, & bonus liberi arbitrij vſus, omnia ad hunc finem ſunt ordinata; Ergo Deus prius vult iſti beatitudinem, quàm aliquod iſtorum; & prius vult ei quodcumque iſtorum, quàm pręuideat ipſum habiturum quodcumque iſtorum. Igitur propter nullum iſtorum pręuiſum vult ei beatitudinem. Hęc ſunt formalia ipſius Scoti Verba; quę & videntur eſſe ex eius ſententia; licèt inferius ibi dicat: In iſtis omnibus opinionibus eligatur, quę magis placet: dùm tamen ſaluetur Diuina Libertas, ſinè aliqua iniuſtitia, & alia, quę ſaluanda ſunt circà

Deum, liberaliter largientem.

Supereſt, vt tandem Tertiò ad rationes deueniamus, quibus ſententia iſta firmatur, & ſolidatur: Sed priuſquam ad eas accedamus, certiſſimè tenere debemus, hunc prędeſtinandi modum, non pręuiſis operibus, Deo fuiſſe poſſibilem, abſque Diuinę iuſtitię pręiudicio, & ſine noſtrę libertatis læſione. Non certè pręiudicatur diuinę iuſtitię, vt patet ex illa authoritate Matthęi 20. Tolle quod tuum eſt, & vade: An non licet mihi, quod volo, facere? Et adhuc clarius ſic; Quia Deus Dominus eſt ſuę glorię; ergo pro ſua libertate poteſt eligere quem vult, & cum eo miſericorditer agere; & ſic oſtenditur gratia cum iſto, quòd alteri nulla fit iniuria; cùm Deus non debeat ei talem electionem: & pręterea omnibus dat ſufficientia media, quibus poſſint ſaluari; quę tamen illis non erant debita: ſaluatur etiam noſtra libertas cum prędeſtinatione; ſicut in Chriſto, ac confirmatis in gratia, in quibus eſt liberum arbitrium, ſed perfectionatum; quia ad bonum inclinatum liberè, & non coactè.

Ra. 1. Probatur ergo hunc prędeſtinandi modum fuiſſe Deo poſſibilem in primis; quia humana natura, poſt amiſſam primàm innocentiam, labilis, & prona ad peccandum effecta eſt, tardáq;, ac difficilis ad bonum virtutis: Si ergo omnes lapſi homines relinquerentur naturę ſuę ſolùm cum communibus auxilijs prouidentię, nec aliquos Deus eligeret abſque pręcedentibus meritis; accideret nullum illorum ſaluari: eò quia, cum communibus auxilijs homo lapſus, non poteſt dici permanere abſque peccato; dato etiam, quòd aliqui ſaluarentur, pauci numero eſſent, niſi ſpeciali cura illos Deus cuſtodiret.

Ra. 2. Secundariò, in remedium humanæ naturę lapſę, decreuit Deus Pater pati Chriſtum ſuum, ad abluendum illius naturę crimina, atq; ad integrè, & perfectè ſatisfaciendum ſibi pro illatis iniurijs, & offenſis; cum hoc etiam, vt acquireret ſanguine ſuo ſibi dilectam ſponſam Eccleſiam, quam exiberet ſibi puram, gradibus ſanctitatis ornatam: Ergo, tàm ad oſtenſionem diuitiarum Chriſti, quàm ad perfectionem, & gloriam hominum, ac totius ſanctę Eccleſię, opus fuit prę-

eligere

eligere, & prędeſtinare diuerſos homines, qui infallibiliter conſequerentur diuerſos gradus glorię, ſecundùm Diuinam bonitatem, & ſapientiam: Et hoc fuit ſpecialiter neceſſarium in illis, qui in Eccleſia erant habituri excellentiſſima officia; cuiuſmodi fuere ſancti Patriarchę, Prophetę, pręcurſor Baptiſta, Virgo Mater domini, Apoſtoli, Martyres, Doctores, Confeſſores, Virgines, & Similes.

Tertiò experimentaliter, & ex effectibus apparet, Deum illum eligendi, & prędeſtinandi modum habuiſſe: Siquidem videmus aliquos homines à Deo antè rationis vſum pręueniri per gratię collationem, indeque in gratia conſeruari abſque Lęthali peccato, toto vitę ſuę tempore; quod quidem ſignum eſt, illos fuiſſe à Deo pręelectos, antè pręuiſionem operum, & meritorum. Enimuerò iſti, per hęc gratię dona, infallibiliter ad vitam perducuntur ęternam. Igitur hoc euenit illis ex efficaci electione, & prędeſtinatione Benedicti Dei. Hinc claret, qualis fuerit intentio finis, ex modo applicandi media; Nàm hęc electio pręcedit electionem mediorum, & illorum ratio à fine ſumitur. Ra. 3.

Quartò videntur paruuli aliqui baptizari, & ſalutem conſequi; Alij verò abſq; Baptiſmate moriuntur, nec ſaluantur: falsò hęc attribuerentur Caſui, Fato, Fortunę: vel eorum meritis, quę nunquàm habuerunt; nec parentum fidei, qui forſam caruerunt ea. Ra. 4.

Quintò etiam in Adultis videmus multos, totam vitam duxiſſe in infidelitate; & oblata poſtea occaſione ſuſcipiendi Baptiſmi Sacramentum, illud receperunt, & ſtatim moriuntur, & ſalui fiunt: Vndè nequimus rationabiliter dicere, tàm magnum bonum adueniſſe illis, ſinè quadam ſpeciali Diuina ordinatione. Ad hoc etiam facit, videre multos peccatores omnibus vitijs plenos, ſpecialiſſimis auxilijs à Deo pręuentos ad ſe efficaciter conuertendos; vnde, & conuertuntur: Vt videre eſt, in Latrone à dextris Christi; & Saulo, qui poſteà fuit dictus Paulus; itidem in pluribus alijs: Certum eſt, iſtorum conuerſionem non poſſe illorum bonis operationibus accommodari. Ra. 5.

Sextò

Deum, liberaliter largientem.

Supereſt, vt tandem Tertiò ad rationes deueniamus, quibus ſententia iſta firmatur, & ſolidatur: Sed priuſquam ad eas accedamus, certiſſimè tenere debemus, hunc prędeſtinandi modum, non pręuiſis operibus, Deo fuiſſe poſſibilem, abſque Diuinę iuſtitię prę iudicio, & ſine noſtrę libertatis lęſione. Non certè pręiudicatur diuinę iuſtitię, vt patet ex illa authoritate Matthęi 20. Tolle quod tuum eſt, & vade: An non licet mihi, quod volo, facere? Et adhuc clarius ſic; Quia Deus Dominus eſt ſuę glorię; ergo pro ſua libertate poteſt eligere quem vult, & cum eo miſericorditer agere; & ſic oſtenditur gratia cum iſto, quòd alteri nulla fit iniuria; cùm Deus non debeat ei talem electionem: & pręterea omnibus dat ſufficientia media, quibus poſſint ſaluari; quę tamen illis non erant debita: ſaluatur etiam noſtra libertas cum prędeſtinatione; ſicut in Chriſto, ac confirmatis in gratia, in quibus eſt liberum arbitrium, ſed perfectionatum; quia ad bonum inclinatum liberè, & non coactè.

Ra. 1. Probatur ergo hunc prędeſtinandi modum fuiſſe Deo poſſibilem in primis; quia humana natura, poſt amiſſam primàm innocentiam, labilis, & prona ad peccandum effecta eſt, tardaq; , ac difficilis ad bonum virtutis: Si ergo omnes lapſi homines relinquerentur naturę ſuę ſolùm cum communibus auxilijs prouidentię, nec aliquos Deus eligeret abſque pręcedentibus meritis; accideret nullum illorum ſaluari: eò quia, cum communibus auxilijs homo lapſus, non poteſt dici permanere abſque peccato; dato etiam, quòd aliqui ſaluarentur, pauci numero eſſent, niſi ſpeciali cura illos Deus cuſtodiret.

Ra. 2. Secundariò, in remedium humanæ naturę lapſę, decreuit Deus Pater pati Chriſtum ſuum, ad abluendum illius naturę crimina, atq; ad integrè, & perfectè ſatisfaciendum ſibi pro illatis iniurijs, & offenſis; cum hoc etiam, vt acquireret ſanguine ſuo ſibi dilectam ſponſam Eccleſiam, quam exiberet ſibi puram, gradibus ſanctitatis ornatam: Ergo, tàm ad oſtenſionem diuitiarum Chriſti, quàm ad perfectionem, & gloriam hominum, ac totius ſanctę Eccleſię, opus fuit pręeligere

Digitized by Google

eligere, & prędeſtinare diuerſos homines, qui infallibiliter conſequerentur diuerſos gradus glorię, ſecundùm Diuinam bonitatem, & ſapientiam: Et hoc fuit ſpecialiter neceſſarium in illis, qui in Eccleſia erant habituri excellentiſſima officia; cuiuſmodi fuere ſancti Patriarchę, Prophetę, pręcurſor Baptiſta, Virgo Mater domini, Apoſtoli, Martyres, Doctores, Confeſſores, Virgines, & Similes.

Tertiò experimentaliter, & ex effectibus apparet, Deum illum eligendi, & prędeſtinandi modum habuiſſe: Siquidem videmus aliquos homines à Deo antè rationis vſum pręueniri per gratię collationem, indeque in gratia conſeruari abſque Lęthali peccato, toto vitę ſuę tempore; quod quidem ſignum eſt, illos fuiſſe à Deo pręelectos, antè pręuiſionem operum, & meritorum. Enimuerò iſti, per hęc gratię dona, infallibiliter ad vitam perducuntur ęternam. Igitur hoc euenit illis ex efficaci electione, & prędeſtinatione Benedicti Dei. Hinc claret, qualis fuerit intentio finis, ex modo applicandi media; Nàm hęc electio pręcedit electionem mediorum, & illorum ratio à fine ſumitur. Ra. 3.

Quartò videntur paruuli aliqui baptizari, & ſalutem conſequi; Alij verò abſq; Baptiſmate moriuntur, nec ſaluantur: falsò hęc attribuerentur Caſui, Fato, Fortunę: vel eorum meritis, quę nunquàm habuerunt; nec parentum fidei, qui forſam caruerunt ea. Ra. 4.

Quintò etiam in Adultis videmus multos, totam vitam duxiſſe in infidelitate; & oblata poſtea occaſione ſuſcipiendi Baptiſmi Sacramentum, illud receperunt, & ſtatim moriuntur, & ſalui fiunt: Vndè nequimus rationabiliter dicere, tàm magnum bonum adueniſſe illis, ſinè quadam ſpeciali Diuina ordinatione. Ad hoc etiam facit, videre multos peccatores omnibus vitijs plenos, ſpecialiſſimis auxilijs à Deo pręuentos ad ſe efficaciter conuertendos; vnde, & conuertuntur: Vt videre eſt, in Latrone à dextris Chriſti; & Saulo, qui poſteà fuit dictus Paulus; itidem in pluribus alijs: Certum eſt, iſtorum conuerſionem non poſſe illorum bonis operationibus accommodari. Ra. 5.

Sextò

Ra. 6. Sextò experimur aliquos peccatores prçueniri à Deo particularibus auxilijs,& medijs: Quidam enim breui tempore, atque facillimè proficiunt: Quidam verò econtrà longiſſimo tempore, quaſi nullum progreſſum faciunt. Prçtereà quidam turpiter perſeuerant: Item aliis annunciatur Euangelium, Aliis autem non: Omnium iſtorum inçqualitas, ſi benè conſideratur, nequit ipſorum meritis attribui: Referenda eſt ergo Diuino Beneplacito.

Ra. 7. Demùm, poſtrema ratio à ſufficienti diuiſione, ſiuè partium enumeratione erit, formata ex confutatione priorum aduerſantium opinionum ſic: Si aliqua cauſa, aut ratio prçdeſtinationis poni liceat ex parte prçdeſtinatorum; Illa erit, aut reſpectu omnium, aut aliquorum tantùm, vel nulla ex parte: Si ex parte omnium ponitur diuinæ prædeſtinationis cauſa bonum opus, aut in alia vita actum, vel in hac noſtra mortalitate: Non in alia vita, vt ſuprà probatum eſt.

Si in hac mortali Vita: aut bonum prçuiſum, vt præſens: vel futurum, aut conditionale; ſcilicèt ſi homo longam vitam viueret.

Sed ſi prçuiſum, vt præſens: aut naturale, aut quaſi mixtum ex naturali, & ſupernaturali opere, aut opus ſimpliciter ſupernaturale: Si naturale; aut ponitur naturalis hominis conſtitutio, aut naturale opus per mores, ſecundum naturalem rationem factum: Si verò ſupernaturale; aut quod antecedit gratiam gratum facientem, aut quod illam cõſequitur.

Non reſpectu omnium poteſt eſſe; cùm paruuli morientes ſtatim pòſt ſacramentum Baptiſmi nulla habeant propria merita: Dato etiam, quòd eſſet reſpectu omnium; non poteſt eſſe bonum opus in alia vita geſtum, cùm antè conceptionem noſtram nihil fuerimus; nihil nec mereri, nec demereri poteſt cùm nequeat agere vel operari. Nec in hac vita mortali geſtum, vt prçſens, aut futurum; quia Deus ſe haberet paſſiuè: quandoquidem moueretur à rebus ad prçdeſtinandum; & temporale eſſet cauſa çterni, quç ſunt inconuenientia Deo: Nec illud bonum futurum, non factum; quia remunerandi, & condemnandi ſumus pro factis, & non pro faciendis; vt latè

Digitized by Google

tè patet in tota ſacra pagina. Nec pręſens naturale ſimpliciter; quia pro ſimpliciter naturalibus, nec meremur, nec demeremur, nec laude, vel vituperio digni ſumus; Si præuiſum, mixtum ex naturali, & ſupernaturali; ſemper ſupernaturale pręcedit, & excitat, ſiuè adiuuat naturale, & meritorium reddit: Cum meritum ergo ſequatur ſupernaturale; ſequitur quòd ſupernaturalis prędeſtinatio antecedit; & ſic meritorium opus poſterius nequit cauſam illius eſſe: Nec poteſt eſſe opus ſimpliciter ſupernaturale: quia, licèt creatio ſinè nobis fiat, non tamen ſalus, pręſertim ſinè nobis adultis fit: nec naturalis hominis conſtitutio, vel naturales mores, ideſt ſecundum ſimplicem naturalem rationem exerciti; Quia omnia illa (vt dictum eſt) non ſunt digna vita ęterna, quę tranſcendit omne creatum, & omnem dignitatem naturalem. Si verò dicunt, aliquod ſupernaturale cauſam fuiſſe ęternę prędeſtinationis: hoc non potuit fuiſſe; quia aut fuit ſupernaturale, quod pręcedit gratiam gratumfacientem, aut quod illam conſequitur: Sed hęc ſunt effectus Diuinę prędeſtinationis; Ergo non potuere eius cauſam eſſe. Si ergo omnes iſti validiſſimè improbati pręter vltimum, vt patet. à ſufficienti ratione, & diuiſione colligitur, nullum bonum (extrà Diuinam eſſentiam) potuiſſe mouere diuinam voluntatem ad prędeſtinandum ſimpliciter, vel ad eligendum, & prędeſtinandum hos, & non illos: Et ſic vltima opinio, quę defendit nullam prędeſtinationem eſſe pòſt operum pręuiſionem, videtur eſſe valde veneranda, & amplectenda.

Iudicio meo exiſtimo his ſupradictis authoritatibus Diuinę ſcripturę, Sanctorumq; Patrum dictis, atque rationibus, ſufficienter me fulciſſe, ac firmaſſe vltimam hanc, quam & ſequor, opinionem de prędeſtinatione, abſque vllis pręuiſis meritis. Tempus eſt, vt accedamus ad diluendum rationes vtcumq; apparentes pro aduerſarijs, ſuperius explicatas.

Primò teſtimonium Pauli, quod adducunt contrà noſtram opinionem ad Romanos 8. varias, ac diuerſas habet expoſitiones à ſua, quam aſſignauimus: Vndè vltra illam à nobis datam, quorundam Doctorum expoſitio eſt, ſatis alludens illi:

Digitized by Google

R: Aiunt enim, per verbum pręſciuit, Paulum voluiſſe intelligere Prędilexit; Sic & Origenes ibi interpraetatur pręſciuit, ideſt dilexit: nec aberrat hęc huiuſmodi expoſitio ab alijs locis Diuinę Scripturę, Vbi nomine cognitionis, intelligitur nomen approbationis, & dilectionis; vt eſt ille locus pſalmi primi; *Nouit Dominus viam iuſtorum;* & alius Pauli ſecunda ad Timotheum 2. *Nouit Dominus, qui ſunt eius*; ideſt, dilexit, & approbauit dominus viam iuſtorum, & ſuos electos diligit, & approbat, tanquam ſuos.

Dominicus à Soto ad Romanos 8. ſic interpręetatur: *Quos præſciuit*, ideſt, quos ipſe Deus iudicauit bonum, atque fore conueniens, vt ſalui fierent, *hos prædeſtinauit*: non verò quos pręſciuit bonum operaturos: Et per iudicium illud, quo Deus iudicauit fore bonum; non nobis tantùm; ſed bonum, & conueniens etiam ſibi, ſeu ex parte ſui, ſcilicet ad oſtenſionem ſuę bonitatis, & libertatis ſanctiſſimę ſuę voluntatis, eligentis, quos voluit; & non alios. Aliorum expoſitio videtur etiam ſatis conformis, cum dicunt; *Quos præſciuit conformes fieri imaginis filij ſui*: Ideò tales eſſe pręſciuit, quia eos elegit, & prædeſtinauit: vndè illa copulatiua, &, non ſolùm debet ſumi coniunctiuè, ſed etiā declaratiuè, & cauſaliter; & ſic ratio pręſcientę conformitatis refertur ad electionem, & pręedeſtinationem præcedentem. Senſus clarus is eſt: Quia aliquos elegit, & prędeſtinauit: Illos præſciuit conformes fieri imaginis filij ſui. Eſt etiam aliorum declaratio illorum verborum præſciuit, & prædeſtinauit conformes, & cętera: dicentium pro eodem debere ſumi in eo loco pręſcientiam, & prędeſtinationem, & erit ſenſus: Quos prædeſtinauit, ſcilicèt ad ęternam vitam, etiam, & prædeſtinauit conformes fore imaginis filij ſui.

Ad ſecundum argumentum iuxtà teſtimonium exceptum ex Matthęi cap. 25. reſpondetur per duplicem (inter alias) expoſitionem; Prima eſt, quòd per hominem debemus hic intelligere Deum glorioſum non (quod abſit) vt longè fiat ab vno quoque noſtrum; ſed quia, dum nos ſumus in hac mortalitate, peregrinamur ab ipſo: Vndè ſolùm denominatio-

ne

ne extrinſeca dicitur peregrè proficiſci ; ſicut & ex tempore denominatione extrinſeca, & mutatione facta ſolùm in creatis, dicitur Dominus. Per talenta commiſſa, aliqui intelligunt gratiam gratum facientem, vel habitus, per quos formaliter iuſti dicimur. Per propriam virtutem, intelligunt diſpoſitionem, quam motione Spiritus Sancti habemus ad illam gratiam; quę diſpoſitio, propriè dicitur noſtra: non quia ſit à nobis per propriam formam noſtram; Sed quia in noſtra eſt poteſtate motionem illam, ſiuè impulſum Spiritus Sancti gratis nobis factum admittere, vel reijcere, vt docet Concilium Tridentinum ſeſſione 6. cap. 4. 6. & 7. Sic dicitur menſura gratiæ vnicuiq; conferri ſecundùm propriam diſpoſitionem, & diſtributionem Spiritus Sancti, diuidentis ſingulis prout vult. Secunda expoſitio fortè magis placebit: vt Talenti nomine, intelligatur gratia gratis data; & tunc per propriam virtutem debemus intelligere naturalem diſpoſitionem, & habilitatem, quam habet homo ad perficiendum ea, quæ tali gratiæ gratis datę ſunt naturalia, & conſona. Sępius quidem Deus Benedictus dona ſua impartitur ſecundùm idoneitatem naturalem, in ſubiecto recepturo exiſtentē: Vndè cùm electurus eſſet primum regem populi Iſraelitici, videns Deus bonitatem naturalem, ac ſimplicitatem *Sauli*; ſcilièt *quòd erat ſimplex, & bonus, vt filius vnius anni, ſtaturæ procerę, & & optimè complexionatus, eminens corpore ſuper vniuerſum populum ab humero, & ſurſum*; ipſum elegit in Regem: Vndè Samuel poſteà populo dixit; *Videte qualem hominem elegit vobis Deus in Regem*. Itidem naturalem fortitudinem, & audaciam Iuuenis Dauidis; quia adeò fortis, & audax erat, *vt appræhenderet Vrſum, & Leonem per mentum, & ſic occideret, & laniaret*. In Petro Apoſtolo cernens firmitatem quandam naturalem, perpetuamq; conſtantiam; atq; ideò idoneum, vt committeret miniſterium ſui Vicariatus ſuper Eccleſiam ſuã; ei quoq; illud commiſit. Sic cernens in Saulo (qui, & Paulus Apoſtolus) mentis accrimoniam, ingenijq; profundam ſublimitatem cum quadam facundia, ac ſuauitate in dicendo; quē gentiles *vocabant Mercurium*, ideſt ducem verbi; ita, vt in

Reg. 1. Cap. 10.

1. Re. 17.

Actu. 14

Digitized by Google

dicendo alliceret, & alliciendo inflammaret,& ad ſe traheret auſcultantium corda: ipſum ſui Euangelij elegit preconem. Iuxtà hęc naturalia accidentia indiuidualia dixit Galenus, *mores temperantiam, & complexionem corporis ſequi*.

M y s t.

Si ita res ſe habet, vt dixiſti, quòd Deus Benedictus, vt conferat hęc dona gratis data, pręconſiderat naturalia accidentia, ſiuè bona in ſubiectis particularibus hominum; ergo videntur illa naturalia bona meritoria eſſe illorum gratuitorū donorum; & ſic non eſſent merè gratuita; ſed debita, immò non eſſent dona; quia illud eſt donum, quod l bere à donante datur alicui, carenti omni iure ad illud.

M a g i s t e r.

Sic interpretor dictum huiuſmodi meum: Quòd aliquandò reſpicit Deus accidentia, & bona illa naturalia particularium hominum, tanquàm congruentia, & condecentia, ac proportionata, miniſteriali modo, ad aliqua munia, & officia obeunda; non autèm, quòd ſint meritoria illarum gratiarum gratis datarum.

M y s t.

Verè ſic credo, vt expoſuiſti; & gratias (apud quàmplurimas alias, quas Debeo) tibi nunc refero: ſed procede ſoluendo, quę ſuperſunt, aduerſariorum alia argumenta.

M a g i s t.

Ad tertium argumentum, acceptum ab authoritatibus Diuorum Apoſtolorum Petri, & Pauli: Reſpondeo iuxtà cuiuſdam Doctiſſimi Theologi declarationem, ſic dicentis: quòd quamuis Voluntas Dei, eiuſq; vniuerſus actus ſimpliciſſimus ſit: tamen noſtra intelligentia, quę ſicut diuerſa vnificat, apta etiā eſt ſimpliciſſima diſtinguere, & ſeparare; Ideò dupliciter conſiderat diuinā volitionem: Vno modo per modum intentionis: Alio modo per modū executionis: ideſt, vt cōuerſam ſuper volendum tantū; alio modo, ſuper ipſum, vt exequendū.

Intelligimus enim Deum, prius aliquem finem intendere cum medijs ad conſequutionem talis finis; quàm intelligamus Voluntatem ipſam actualem, & executiuam de facto.

Prima

Prima volitio in ſola præintentione ſita eſt, ſinè extenſione ad opus: ſed ſecunda operatiua, & practica eſt.

Itidem ad propoſitum, Deus primò, per modum intentionis, vult gloriam electorum, & prædeſtinatorum; quam tamen cum meritis eorum ad illius gloriæ conſecutionem vult; quibus præuiſis, vult illis dare gloriam per modum executionis; ideſt efficaciter vult, vt illam cum meritis conſequantur. Satagendum ergo eſt (iuxtà Diui Petri præceptum) vt per opera bona certam faciamus hanc ſecundam electionem, ſiue executiuam Dei voluntatem. Executiuam dicimus, quia vult nos gloriam aſſequi finaliter, adiuitos ab eo, & noſtro vſu liberi arbitrij bono: & ſicut ille abſque vllo dubio non deficiet; ſic nec nos deficiamus. Certa erit noſtra Vocatio, & electio, certitudine ſpei; quia, ſi ita operabimur; Certò, & firmiter ſperare, poſſumus eſſe de numero Vocatorum, Electorum, & Prædeſtinatorum: ſicuti exequens neceſſaria media ad aliquem finem certificat ſe, & certificando, ſperat ſe cõſequuturum finem illum. Studeamus etiam, iuxtà Diuum Paulum, fieri Vaſa in honorem per emundationem a ſordibus pecccatorum; quandoquidem ipſe Deus non facit vaſa ſordida, & in contumeliam per peccatum: ſed ſicut vnuſquiſque ſordidat, & maculat ſe propria voluntate, ac delectu; ſic etiam propria electione, & voluntate vnuſquiſque à peccatis ſe debet emundare, vndè erit vas in honorem. Hinc primò habetur conuenientiſſima reſponſio ad vulgatem ſcrupulum plebeorum, quo multum cruciantur, aientes: Si ſum à Deo electus, viuam qualitercumque velim, ſaluus ero; nec merita aliter neceſſaria erunt, cùm præelectio Diuina abſq; dubio implenda ſit. Quibus reſpondetur: Si eſſemus electi per modum executionis, verũ quidem, quòd meritis non egeremus; quia iam eſſemus per illam electionẽ glorificati; Vt fuit Chriſtus; Vnde non opus habuit meritis ad eſſentialem gloriam, & præmium: ſed quia electi ſumus tantùm per modum intentionis; Ideò egemus meritis bonorum operum ad finis conſecutionem, cùm iſta præelectio non excludat in Deo voluntatem mediorum; quinimò illam infert: quibus non habitis, nec finis,

Sicut qui intendit ædificare palatium intendit ſimul, ad illius aſcẽſũ, coædificare ſcalam; vndè

niſi quiſq; ſcalæ gradus prius gradiatur aſcenſum, & habitationē palatij non obtinebit.

ideſt executio dabitur: non minus certè ſub prӕordinatione diuina merita cadunt, quàm vltimus finis ſub eius intētione.

Secundò colligitur ſolutio, & interpratatio ſanctorum patrum, qui in 4. argumento videbantur ſentire, electionem, ſeu prędeſtinationē eſſe ex pręuiſis bonorū operum meritis. Pro certo tenere debemus, eos non intelligere ſua verba de antecedenti, & æterna electione, quæ per modum intentionis ſe habuit in Deo; ſed de electione, & prædeſtinatione executiua. Sanctorum Patrū ergo (& præſertim Græcorū) ſententiæ, quæ videntur contrarium ſonare, ita interpratādę ſunt, ac ſic exponi debent: Nec vllus ſanæ mentis, & catholicus negabit, ad voluntatem Dei executiuam finis prædeſtinationis, præ requiri merita bonorum operum. Sic exponi debet, & illud commune dictum, quod falsò Diuo Auguſtino aſcribitur; *Si non es prædeſtinatus, fac vt prædeſtineris;* ideſt concurre ad executionem voluntatis Diuinæ bonis operibus ad ſalutem tuam. Verùm Auguſtinus ipſe tantùm dicit; Si non es tractus, ora, vt traharis. Negari certè non poteſt, hominem cauſam eſſe ſuę electionis, & prædeſtinationis, ſi prędeſtinatio accipiatur pro conſummata prouidentia ſupernaturali, ſeu pro conſummatione illius, quod idem eſt: Taliter tamen eſt cauſa conſummationis Diuinæ Prouidentię; quòd antequàm ipſe concurrat, vt conſummetur in eo prior prouidentia; ex alia priori cauſa, ſcilicet ex efficaci Dei prædiffinitione, eſt conſummanda.

Nō reſpexerūt prædeſtinationem in ſe, ſed illius cōſecutionem, quæ non ſinè meritis fit

Si prædeſtinatio accipiatur, quò ad executionem, & illius complementū

Ad primam rationem, quæ eſt de electione ex parte meritorum; Reſpondetur: quòd quando electio eſt ex mera gratia, non opus eſt ponere inęqualitatem meritorum inter perſonas eligibiles; ſed ad inſtar à natura, & ab arte factibilium. Certè ex parte luti, non aſſignatur cauſa, aut maior dignitas, vt fiat vas in honorem, quàm in contumeliam: nec maior dignitas eſt in hac parte materię primę, vt in ea introducatur forma oculi, quàm forma pedis: Sic, quia elegit, & dilexit Iacob, & non Eſau, fuit ex mera gratia; Ideò non fuit inter eos inæqualitas meritorum, ratione quorum meritorum Iacob elegerit, & Eſau non. Facit ad hoc, teſtimonium ſcripturæ,

Digitized by Google

ptura, Exodi 33. Vbi Deus Moyſi dixit; *Miſerebor, & miſericordiam præſtabo, cuius miſertus ſum*; Ac ſi diceret: miſericordiam præſtabo ſecundùm effectum; nec alia ratione; niſi, quia miſerebor, vel miſertus ſum ſecundùm affectum. Vel ſecundùm vulgatam interpretationem ſic: *Miſerebor cuius voluero, & Clemens ego, in quem mihi* placuerit. Meritò itaque ſubintulit Diuus Apoſtolus Paulus: *Igitur non eſt volentis, neque currentis; ſed miſerentis eſt Dei*. Quaſi vellet dicere; Ideò apud Deum nulla eſt iniquitas, nec perſonarum acceptio; Quia ea, quę diſtribuit, cum debita non fuerint, ex mera ſemper, liberaq; ſua liberalitate diſtribuit. Quod Diuus Auguſtinus de bono perſeuerentia conuenientiſſimè ſic explicat: Bona (ait) communia alicuius Ciuitatis, ſi non diſtribuerentur in Ciues ſecundùm eorum merita, Aut bona in bello rapta, ſecundùm militum merita, contrà iuſtitiam diſtributiuam eſſe peccatum; quia bona hęc, debita ſunt, nec aliud per diſtributionem efficitur, quàm id, quod eſt debitum, & proprium in communi, efficiatur iam debitum, & proprium ſingulorum. Si aliquis multos debitores habeat, & ab aliquibus debitum exigat; alijs verò pro ſua voluntate remittat; nulla profectò intercedit perſonarum acceptio. Itidem in propoſito noſtro; Si ex filijs Adę aliquibus velit culpam (ſecundùm ſuam miſericordiam) remittere; alios autem velit ſecundùm iuſtitiam punire; Vndè poſſumus colligere Deum acceptatorem eſſe perſonarum? Similiter exiſtentibus cunctis hominibus in puris naturalibus ſuis, ſi quibuſdam gratuita Dona largiatur; alios verò in proprijs naturalibus relinqueret: Vel omnibus in gratia gratum faciente exiſtentibus, quòd quibuſdam perſeuerantię donum tribuat; reliquos autem, relinquens; nunquàm rationabiliter aliquis audebit taxare Deum, tanquàm perſonarum acceptatorem: ſed ſuorum bonorum (pro libero, & ſanctiſſimo ſuo arbitrio) communicatorem. Ad ſecundam rationem, quandò dicitur: ſi Deus prędeſtinat antequàm videat opera, ergo neceſſariò ſaluantur, & non liberè. Reſpondetur à ſimili: Quemadmodum in Christo Ieſu Domino noſtro confitemur impeccabili-

tatem;

Digitized by Google

tatem, ità quòd peccare non poſſet, ratione Hypoſtaticę vnionis ad Diuinum Verbum, & quia erat in gratia confirmatus, & beatus; & tamen liberè operabatur in obiectis, ad quę erat pręordinatus: quia & ſi pręd efinierat Deus omnes particulares actus, & circumſtantias, quas Chriſtus in vita deberet exercere; Tamen ipſe liberè operabatur.

Itidem in propoſito cùm omne pręd efinitũ à Deo, in quantũ tale, omnem tollat indifferentiã reſpectu eius, ad quod Diuina pręd eſtinatio ſe habuit; dicendum eſt prædeſtinatum, ſinè pręuiſione operũ, ſecundùm illam rationẽ per intellectum abſtractam, neceſſariò ſaluari: Sed quia à parte rei, ſalus iſta eſt multis modis, varijs actibus, & viciſſitudinibus inuoluta, & permixta; Ideò ſimpliciter liberè ſaluatur homo pręd eſtinatus; quia non ſunt illi pręd efiniti omnes actus particulares, quibus ad tantam gloriam, & gratiam, totque merita eum oporteat deuenire; ſed modò ſic, modò aliter, vt ſibi placet, diſponere poteſt circà ſalutem ſuam; nunc perſiſtendo in diuina gratia; modò liberè gratiam repellendo: ſed tandem conſecuturus eſt gloriam ex infalibili pręd effinitione diuina.

Ad tertiam rationem de reali executione diuinę voluntatis circà vltimatum effectum pręd eſtinationis, ſcilicèt glorię, quę datur, vel confertur, niſi propter merita; ergo nec ab ęterno pręd eſtinauit ſinè meritorum pręuiſione.

Reſpondetur per ea, quę paulò ſuperius tacta ſunt de Diuina voluntate dupliciter conſiderata; ſcilicèt, per modum intentionis, & per modum executionis, dicendo: quòd, quamuis ipſa volitio finis ultimi, ſcilicèt glorificationis, ſit ex pręuiſione operum, ſiuè meritorum; tamen hìc loquimur de electione, ſiuè prædeſtinatione, vt procedit à voluntate conſiderata per modum intentionis tantùm, quę ab opere ipſo ſecluditur; & ſic præintentio iſta gloriæ fuit in Deo antequàm meritum ipſum præuideret; ſicut ſemper finis prius eſt in intẽtione. Et, vt tandẽ quieſcamus à labore huius diuinę prædeſtinationis quoad propter quid eſt, ideſt, quoad cauſam eius,

ſpecia-

ſpecialiter ex parte prædeſtinatorum hominum: dicimus hominem cauſam eſſe ſuæ prædeſtinationis, ſi prędeſtinatio accipiatur pro completa, & conſummata prouidentia ſupernaturali in reali exiſtentia à parte rei, ideſt pro conſecutione finis, ſiuè ſecundùm conſecutionem finis prædeſtinationis: taliter tamen, quòd antequàm ipſe concurrat, vt in eo compleatur, & conſummetur; illa prior prouidentia, ex priori, & præcedenti efficaci Dei prædiffinitione, erat complenda, & perficienda: Quæ prior, & efficax Dei determinatio, nil aliud eſt formalitèr, quàm gratioſa illa Diuina prędeſtinatio, de qua quæſiuimus, An habeat propter quid, ſcilicèt merita ex parte noſtra; adeò ut Deus glorioſus moueatur ex prçuiſis meritis noſtris ad eliciendum eam: & dicimus, quòd nequaquàm; ſed omne propter quid, & omnis ratio, & cauſa, eſt ex parte ipſius Dei, quia Bonus; & vt talis vult communicare gloriam ſuam; &, cùm ſit intelligentia, & voluntas non errans, nemini que teneatur, liberè, quibus vult, illam impartitur, abſque iniuſtitia vlla, vel perſonarum acceptione. Solus ergo Deus verè, & veraciter dicere poteſt, *Sic volo, Sic iubeo, Sit pro ratione voluntas*. Cui ſit gloria, & imperium per infinita ſçculorum ſæcula. Amen.

Appendix.

Mysticvs.

QVIA in libro Prouerbiorum 16. cap. ſcio à Salomone; immò à Spiritu Sancto per Salomonem ſcriptum eſſe; *Vniuerſa propter ſemetipſum operatum eſſe Dominum; impium quoque ad diem malum*: & quia, tu Magiſter, Cauſam effectiuam prędeſtinationis dixiſti, ſolam eſſe Diuinam maieſtatem, iuxtà ſuum bene placitum pro æterna ſalute ſuorum electorum: Cum verò, ipſe ſummus Deus, & omnium creaturarum Monarca, nullo pacto indigus ſit, ac bonorum creaturarum non egeat; Qui fieri poteſt; *Vt propter ſemetipſum*, ideſt, (iuxtà

Ra. 6. Sextò experimur aliquos peccatores prę̨ueniri à Deo particularibus auxilijs, & medijs: Quidam enim breui tempore, atque facillimè proficiunt: Quidam verò econtrà longiſſimo tempore, quaſi nullum progreſſum faciunt. Pręterea quidam turpiter perſeuerant: Item aliis annunciatur Euangelium, Aliis autem non: Omnium iſtorum inęqualitas, ſi benè conſideratur, nequit ipſorum meritis attribui: Referenda eſt ergo Diuino Beneplacito.

Ra. 7. Demùm, poſtrema ratio à ſufficienti diuiſione, ſiuè partium enumeratione erit, formata ex confutatione priorum aduerſantium opinionum ſic: Si aliqua cauſa, aut ratio prędeſtinationis poni liceat ex parte prędeſtinatorum; Illa erit, aut reſpectu omnium, aut aliquorum tantùm, vel nulla ex parte: Si ex parte omnium ponitur diuinæ prædeſtinationis cauſa bonum opus, aut in alia vita actum, vel in hac noſtra mortalitate: Non in alia vita, vt ſuprà probatum eſt.

Si in hac mortali Vita: aut bonum prę̨uiſum, vt præſens: vel futurum, aut conditionale; ſcilicèt ſi homo longam vitam viueret.

Sed ſi prę̨uiſum, vt præſens: aut naturale, aut quaſi mixtum ex naturali, & ſupernaturali opere, aut opus ſimpliciter ſupernaturale: Si naturale; aut ponitur naturalis hominis conſtitutio, aut naturale opus per mores, ſecundum naturalem rationem factum: Si verò ſupernaturale; aut quod antecedit gratiam gratum facientem, aut quod illam cõſequitur.

Non reſpectu omnium poteſt eſſe; cùm paruuli morientes ſtatim pòſt ſacramentum Baptiſmi nulla habeant propria merita: Dato etiam, quòd eſſet reſpectu omnium; non poteſt eſſe bonum opus in alia vita geſtum, cùm antè conceptionem noſtram nihil fuerimus; nihil nec mereri, nec demereri poteſt, cùm nequeat agere vel operari. Nec in hac vita mortali geſtum, vt prę̨ſens, aut futurum; quia Deus ſe haberet paſſiuè: quandoquidem moueretur à rebus ad prę̨deſtinandum; & temporale eſſet cauſa ę̨terni, quę̨ ſunt inconuenientia Deo. Nec illud bonum futurum, non factum; quia remunerandi, & condemnandi ſumus pro factis, & non pro faciendis; vt latè

tè patet in tota ſacra pagina. Nec pręſens naturale ſimpliciter; quia pro ſimpliciter naturalibus, nec meremur, nec demeremur, nec laude, vel vituperio digni ſumus; Si præuiſum, mixtum ex naturali, & ſupernaturali; ſemper ſupernaturale pręcedit, & excitat, ſiuè adiuuat naturale, & meritorium reddit: Cum meritum ergo ſequatur ſupernaturale; ſequitur quòd ſupernaturalis prędeſtinatio antecedit; & ſic meritorium opus poſterius nequit cauſam illius eſſe: Nec poteſt eſſe opus ſimpliciter ſupernaturale: quia, licèt creatio ſinè nobis fiat, non tamen ſalus, pręſertim ſinè nobis adultis fit: nec naturalis hominis conſtitutio, vel naturales mores, ideſt ſecundum ſimplicem naturalem rationem exerciti; Quia omnia illa (vt dictum eſt) non ſunt digna vita ęterna, quę tranſcendit omne creatum, & omnem dignitatem naturalem. Si verò dicunt, aliquod ſupernaturale cauſam fuiſſe ęternę prędeſtinationis: hoc non potuit fuiſſe; quia aut fuit ſupernaturale, quod pręcedit gratiam gratumfacientem, aut quod illam conſequitur: Sed hęc ſunt effectus Diuinę prędeſtinationis; Ergo non potuere eius cauſam eſſe. Si ergo omnes iſti validiſſimè improbati pręter vltimum, vt patet, à ſufficienti ratione, & diuiſione colligitur, nullum bonum (extrà Diuinam eſſentiam) potuiſſe mouere diuinam voluntatem ad prędeſtinandum ſimpliciter, vel ad eligendum, & prędeſtinandum hos, & non illos: Et ſic vltima opinio, quę defendit nullam prędeſtinationem eſſe pòſt operum pręuiſionem, videtur eſſe valde veneranda, & amplectenda.

Iudicio meo exiſtimo his ſupradictis authoritatibus Diuinę ſcripturę, Sanctorumq; Patrum dictis, atque rationibus, ſufficienter me fulciſſe, ac firmaſſe vltimam hanc, quam & ſequor, opinionem de prędeſtinatione, abſque vllis pręuiſis meritis. Tempus eſt, vt accedamus ad diluendum rationes vtcumq; apparentes pro aduerſarijs, ſuperius explicatas.

Primò teſtimonium Pauli, quod adducunt contrà noſtram opinionem ad Romanos 8. varias, ac diuerſas habet expoſitiones à ſua, quam aſſignauimus: Vndè vltra illam à nobis datam, quorundam Doctorum expoſitio eſt, ſatis alludens illi:

li:

Digitized by Google

R: Aiunt enim, per verbum præſciuit, Paulum voluiſſe intelligere Prędilexit; Sic & Origenes ibi interpretatur præſciuit, ideſt dilexit: nec aberrat hęc huiuſmodi expoſitio ab alijs locis Diuinę Scripturę, Vbi nomine cognitionis, intelligitur nomen approbationis, & dilectionis; vt eſt ille locus pſalmi prim¹; *Nouit Dominus viam iuſtorum;* & alius Pauli ſecunda ad Timotheum 2. *Nouit Dominus, qui ſunt eius*; ideſt, dilexit, & approbauit dominus viam iuſtorum, & ſuos electos diligit, & approbat, tanquam ſuos.

Dominicus à Soto ad Romanos 8. ſic interprętatur: *Quos præſciuit*, ideſt, quos ipſe Deus iudicauit bonum, atque fore conueniens, vt ſalui fierent, *hos prædeſtinauit:* non verò quos pręſciuit bonum operaturos: Et per iudicium illud, quo Deus iudicauit fore bonum; non nobis tantùm; ſed bonum, & conueniens etiam ſibi, ſeu ex parte ſui, ſcilicet ad oſtenſionem ſuę bonitatis, & libertatis ſanctiſſimę ſuę voluntatis, eligentis, quos voluit; & non alios. Aliorum expoſitio videtur etiam ſatis conformis, cum dicunt; *Quos præſciuit conformes fieri imaginis filij ſui*: Ideò tales eſſe pręſciuit, quia eos elegit, & prædeſtinauit: vndè illa copulatiua, &, non ſolùm debet ſumi coniunctiuè, ſed etiã declaratiuè, & cauſaliter; & ſic ratio pręſcientę conformitatis refertur ad electionem, & prędeſtinationem præcedentem. Senſus clarus is eſt: Quia aliquos elegit, & prędeſtinauit: Illos præſciuit conformes fieri imaginis filij ſui. Eſt etiam aliorum declaratio illorum verborum præſciuit, & prædeſtinauit conformes, & cętera: dicentium pro eodem debere ſumi in eo loco pręſcientiam, & prędeſtinationem, & erit ſenſus: Quos prædeſtinauit, ſcilicèt ad ęternam vitam, etiam, & prædeſtinauit conformes fore imaginis filij ſui.

Ad ſecundum argumentum iuxtà teſtimonium exceptum ex Matthęi cap. 25. reſpondetur per duplicem (inter alias) expoſitionem; Prima eſt, quòd per hominem debemus hic intelligere Deum glorioſum non (quod abſit) vt longè fiat ab vno quoque noſtrum; ſed quia, dum nos ſumus in hac mortalitate, peregrinamur ab ipſo: Vndè ſolùm denominatio-

Digitized by Google

ne extrinſeca dicitur peregrè proficiſci ; ſicut & ex tempore denominatione extrinſeca, & mutatione facta ſolùm in creatis, dicitur Dominus. Per talenta commiſſa, aliqui intelligunt gratiam gratum facientem, vel habitus, per quos formaliter iuſti dicimur. Per propriam virtutem, intelligunt diſpoſitionem, quam motione Spiritus Sancti habemus ad illam gratiam; quę diſpoſitio, propriè dicitur noſtra: non quia ſit à nobis per propriam formam noſtram; Sed quia in noſtra eſt poteſtate motionem illam, ſiuè impulſum Spiritus Sancti gratis nobis factum admittere, vel reijcere, vt docet Concilium Tridentinum ſeſſione 6. cap. 4. 6. & 7. Sic dicitur menſura gratiæ vnicuiq; conferri ſecundùm propriam diſpoſitionem, & diſtributionem Spiritus Sancti, diuidentis ſingulis prout vult. Secunda expoſitio fortè magis placebit: vt Talenti nomine, intelligatur gratia gratis data; & tunc per propriam virtutem debemus intelligere naturalem diſpoſitionem, & habilitatem, quam habet homo ad perficiendum ea, quæ tali gratiæ gratis datę ſunt naturalia, & conſona. Sępius quidem Deus Benedictus dona ſua impartitur ſecundùm idoneitatem naturalem, in ſubiecto recepturo exiſtentẽ: Vndè cùm electurus eſſet primum regem populi Iſraelitici, videns Deus bonitatem naturalem, ac ſimplicitatem *Sauli*; ſcilicèt *quòd erat ſimplex, & bonus, vt filius vnius anni, ſtaturæ procerę, & & optimè complexionatus, eminens corpore ſuper vniuerſum populum ab humero, & ſurſum*; ipſum elegit in Regem: Vndè Samuel poſteà populo dixit; *Videte qualem hominem elegit vobis Deus in Regem*. Itidem naturalem fortitudinem, & audaciam Iuuenis Dauidis; quia adeò fortis, & audax erat, *vt apprænderet Vrſum, & Leonem per mentum, & ſic occideret, & laniaret*. In Petro Apoſtolo cernens firmitatem quandam naturalem, perpetuamq; conſtantiam; atq; ideò idoneum, vt committeret miniſterium ſui Vicariatus ſuper Eccleſiam ſuã; ei quoq; illud commiſit. Sic cernens in Saulo (qui, & Paulus Apoſtolus) mentis accrimoniam, ingenijq; profundam ſublimitatem cum quadam facundia, ac ſuauitate in dicendo; quẽ gentiles *vocabant Mercurium*, ideſt ducem verbi; ita, vt in

Reg. 1. Cap. 10.

1. Re. 17.

Actu. 14

Digitized by Google

dicendo alliceret, & alliciendo inflammaret, & ad ſe traheret auſcultantium corda: ipſum ſui Euangelij elegit præconem. Iuxtà hęc naturalia accidentia indiuidualia dixit Galenus, *mores temperantiam, & complexionem corporis ſequi*.

MYST.

Si ita res ſe habet, vt dixiſti, quòd Deus Benedictus, vt conferat hęc dona gratis data, pręconſiderat naturalia accidentia, ſiuè bona in ſubiectis particularibus hominum; ergo videntur illa naturalia bona meritoria eſſe illorum gratuitorũ donorum; & ſic non eſſent merè gratuita, ſed debita, immò non eſſent dona; quia illud eſt donum, quod liberè à donante datur alicui, carenti omni iure ad illud.

MAGISTER.

Sic interpretor dictum huiuſmodi meum: Quòd aliquandò reſpicit Deus accidentia, & bona illa naturalia particularium hominum, tanquàm congruentia, & condecentia, ac proportionata, miniſteriali modo, ad aliqua munia, & officia obeunda; non autèm, quòd ſint meritoria illarum gratiarum gratis datarũm.

MYST.

Verè ſic credo, vt expoſuiſti; & gratias (apud quàmplurimas alias, quas Debeo) tibi nunc refero: ſed procede ſoluendo, quę ſuperſunt, aduerſariorum alia argumenta.

MAGIST.

Ad tertium argumentum, acceptum ab authoritatibus Diuorum Apoſtolorum Petri, & Pauli: Reſpondeo iuxtà cuiuſdam Doctiſſimi Theologi declarationem, ſic dicentis: quòd quamuis Voluntas Dei, eiuſq; vniuerſus actus ſimpliciſſimus ſit: tamen noſtra intelligentia, quę ſicut diuerſa vnificat, apta etiã eſt ſimpliciſſima diſtinguere, & ſeparare; Ideò dupliciter conſiderat diuinã volitionem: Vno modo per modum intentionis: Alio modo per modũ executionis: ideſt, vt cõuerſam ſuper volendum tantũ; alio modo, ſuper ipſum, vt exequendũ.

Intelligimus enim Deum, prius aliquem finem intendere cum medijs ad conſequutionem talis finis; quàm intelligamus Voluntatem ipſam actualem, & executiuam de facto.

Prima

Prima volitio in ſola præintentione ſita eſt, ſinè extenſione ad opus: ſed ſecunda operatiua, & practica eſt.

Itidem ad propoſitum, Deus primò, per modum intentionis, vult gloriam electorum, & prædeſtinatorum; quam tamen cum meritis eorum ad illius gloriæ conſecutionem vult; quibus præuiſis, vult illis dare gloriam per modum executionis; ideſt efficaciter vult, vt illam cum meritis conſequantur. Satagendum ergo eſt (iuxtà Diui Petri præceptum) vt per opera bona certam faciamus hanc ſecundam electionem, ſiue executiuam Dei voluntatem. Executiuam dicimus, quia vult nos gloriam aſſequi finaliter, adiutos ab eo, & noſtro vſu liberi arbitrij bono: & ſicut ille abſque vllo dubio non deficiet; ſic nec nos deficiamus. Certa erit noſtra Vocatio, & electio, certitudine ſpei; quia, ſi ita operabimur; Certò, & firmiter ſperare, poſſumus eſſe de numero Vocatorum, Electorum, & Prędeſtinatorum: ſicuti exequens neceſſaria media ad aliquem finem certificat ſe, & certificando, ſperat ſe cõſequuturum finem illum. Studeamus etiam, iuxtà Diuum Paulum, fieri Vaſa in honorem per emundationem a ſordibus pecccatorum; quandoquidem ipſe Deus non facit vaſa ſordida, & in contumeliam per peccatum: ſed ſicut vnuſquiſque ſordidat, & maculat ſe propria voluntate, ac delectu; ſic etiam propria electione, & voluntate vnuſquiſque à peccatis ſe debet emundare, vndè erit vas in honorem. Hinc primò habetur conuenientiſſima reſponſio ad vulgarem ſcrupulum plebeorum, quo multum cruciantur, aientes: Si ſum à Deo electus, viuam qualitercumque velim, ſaluus ero; nec merita aliter neceſſaria erunt, cùm pręelectio Diuina abſq; dubio implenda ſit. Quibus reſpondetur: Si eſſemus electi per modum executionis, verũ quidem, quòd meritis non egeremus; quia iam eſſemus per illam electionẽ glorificati; Vt fuit Chriſtus; Vnde non opus habuit meritis ad eſſentialem gloriam, & prꝑmium: ſed quia electi ſumus tantùm per modum intentionis; Ideò egemus meritis bonorum operum ad finis conſecutionem, cùm iſta præelectio non excludat in Deo voluntatem mediorum; quinimò illam infert: quibus non habitis, nec finis,

Sicut qui intendit ædificare palatium intendit ſimul, ad illius aſcẽſũ, coædificare ſcalam; vndè

niſi quisq; ſcalæ gradus prius gradiatur aſcenſum, & habitationē palatij non obtinebit.

idest executio dabitur: non minus certè ſub præordinatione diuina merita cadunt, quàm vltimus finis ſub eius intētione.

Secundò colligitur ſolutio, & interpratatio ſanctorum patrum, qui in 4. argumento videbantur ſentire, electionem, ſeu prędeſtinationē eſſe ex pręuiſis bonorū operum meritis. Pro certo tenere debemus, eos non intelligere ſua verba de antecedenti, & æterna electione, quæ per modum intentionis ſe habuit in Deo; ſed de electione, & prædeſtinatione executiua. Sanctorum Patrū ergo (& præſertim Græcorū) ſententiæ, quæ videntur contrarium ſonare, ita interpratādę ſunt, ac ſic exponi debent: Nec vllus ſanæ mentis, & catholicus negabit, ad voluntatem Dei executiuam finis prædeſtinationis, præ requiri merita bonorum operum. Sic exponi debet, & illud commune dictum, quod falſò Diuo Auguſtino aſcribitur; *Si non es prædeſtinatus, fac vt prædeſtineris;* ideſt concurre ad executionem voluntatis Diuinæ bonis operibus ad ſalutem tuam. Verùm Auguſtinus ipſe tantùm dicit; Si non es tractus, ora, vt traharis. Negari certè non poteſt, hominem cauſam eſſe ſuę electionis, & prædeſtinationis, ſi prędeſtinatio accipiatur pro conſummata prouidentia ſupernaturali, ſeu pro conſummatione illius, quod idem eſt: Taliter tamen eſt cauſa conſummationis Diuinæ Prouidentię; quòd antequàm ipſe concurrat, vt conſummetur in eo prior prouidentia; ex alia priori cauſa, ſcilicet ex efficaci Dei prædiffinitione, eſt conſummanda.

Nō reſpexerſit prædeſtinationem in ſe, ſed illius cōſecutionem, quæ non ſinè meritis fit

Si prædeſtinatio accipiatur, quò ad executionem, & illius complementū

Ad primam rationem, quæ eſt de electione ex parte meritorum; Reſpondetur: quòd quando electio eſt ex mera gratia, non opus eſt ponere inęqualitatem meritorum inter perſonas eligibiles; ſed ad inſtar à natura, & ab arte factibilium. Certè ex parte luti, non aſſignatur cauſa, aut maior dignitas, vt fiat vas in honorem, quàm in contumeliam: nec maior dignitas eſt in hac parte materię primę, vt in ea introducatur forma oculi, quàm forma pedis: Sic, quia elegit, & dilexit Iacob, & non Eſau, fuit ex mera gratia; Ideò non fuit inter eos inæqualitas meritorum, ratione quorum meritorum Iacob elegerit, & Eſau non. Facit ad hoc, teſtimonium ſcripturæ,

Digitized by Google

ptutæ, Exodi 33. Vbi Deus Moyſi dixit; *Miſerebor, & miſericordiam præſtabo, cuius miſertus ſum*; Ac ſi diceret: miſericordiam præſtabo ſecundùm effectum; nec alia ratione; niſi, quia miſerebor, vel miſertus ſum ſecundùm affectum. Vel ſecundùm vulgatam interpretationem ſic: *Miſerebor cuius voluero, & Clemens ego, in quem mihi* placuerit. Meritò itaque ſubintulit Diuus Apoſtolus Paulus: *Igitur non eſt volentis, neque currentis; ſed miſerentis eſt Dei*. Quaſi vellet dicere; Ideò apud Deum nulla eſt iniquitas, nec perſonarum acceptio; Quia ea, quę diſtribuit, cum debita non fuerint, ex mera ſemper, liberaq; ſua liberalitate diſtribuit. Quod Diuus Auguſtinus de bono perſeuerentia conuenientiſſimè ſic explicat: Bona (ait) communia alicuius Ciuitatis, ſi non diſtribuerentur in Ciues ſecundùm eorum merita, Aut bona in bello rapta, ſecundùm militum merita, contrà iuſtitiam diſtributiuam eſſe peccatum; quia bona hęc, debita ſunt, nec aliud per diſtributionem efficitur, quàm id, quod eſt debitum, & proprium in communi, efficiatur iam debitum, & proprium ſingulorum. Si aliquis multos debitores habeat, & ab aliquibus debitum exigat; alijs verò pro ſua voluntate remittat; nulla profectò intercedit perſonarum acceptio. Itidem in propoſito noſtro; Si ex filijs Adę aliquibus velit culpam (ſecundùm ſuam miſericordiam) remittere; alios autem velit ſecundùm iuſtitiam punire; Vndè poſſumus colligere Deum acceptatorem eſſe perſonarum? Similiter exiſtentibus cunctis hominibus in puris naturalibus ſuis, ſi quibuſdam gratuita Dona largiatur; alios verò in proprijs naturalibus relinqueret: Vel omnibus in gratia gratum faciente exiſtentibus, quòd quibuſdam perſeuerantię donum tribuat; reliquos autem, relinquens; nunquàm rationabiliter aliquis audebit taxare Deum, tanquàm perſonarum acceptatorem: ſed ſuorum bonorum (pro libero, & ſanctiſſimo ſuo arbitrio) communicatorem. Ad ſecundam rationem, quandò dicitur: ſi Deus prędeſtinat antequàm videat opera, ergo neceſſariò ſaluantur, & non liberè. Reſpondetur à ſimili: Quemadmodum in Chriſto Ieſu Domino noſtro confitemur impeccabili-

tatem;

tatem, ità quòd peccare non poſſet, ratione Hypoſtaticę vnionis ad Diuinum Verbum, & quia erat in gratia confirmatus, & beatus; & tamen liberè operabatur in obiectis, ad quę erat pręordinatus: quia & ſi prędefinierat Deus omnes particulares actus, & circumſtantias, quas Chriſtus in vita deberet exercere; Tamen ipſe liberè operabatur.

Itidem in propoſito cùm omne prędefinitū à Deo, inquantū tale, omnem tollat indifferentiā reſpectu eius, ad quod Diuina prędeſtinatio ſe habuit; dicendum eſt prædeſtinatum, ſinè pręuiſione operū, ſecundùm illam rationē per intellectum abſtractam, neceſſariò ſaluari: Sed quia à parte rei, ſalus iſta eſt multis modis, varijs actibus, & viciſſitudinibus inuoluta, & permixta; Ideò ſimpliciter liberè ſaluatur homo prędeſtinatus; quia non ſunt illi prędefiniti omnes actus particulares, quibus ad tantam gloriam, & gratiam, totque merita eum oporteat deuenire; ſed modò ſic, modò aliter, vt ſibi placet, diſponere poteſt circà ſalutem ſuam; nunc perſiſtendo in diuina gratia; modò liberè gratiam repellendo: ſed tandem conſecuturus eſt gloriam ex infalibili prędeffinitione diuina.

Ad tertiam rationem de reali executione diuinę voluntatis circà vltimatum effectum prędeſtinationis, ſcilicèt glorię, quę datur, vel confertur, niſi propter merita; ergo nec ab ęterno prędeſtinauit ſinè meritorum pręuiſione.

Reſpondetur per ea, quę paulò ſuperius tacta ſunt de Diuina voluntate dupliciter conſiderata; ſcilicèt, per modum intentionis, & per modum executionis, dicendo: quòd, quamuis ipſa volitio finis ultimi, ſcilicèt glorificationis, ſit ex pręuiſione operum, ſiuè meritorum; tamen hìc loquimur de electione, ſiuè prædeſtinatione, vt procedit à voluntate conſiderata per modum intentionis tantùm, quę ab opere ipſo ſecluditur; & ſic præintentio iſta gloriæ fuit in Deo antequàm meritum ipſum præuideret; ſicut ſemper finis prius eſt in intētione. Et, vt tandē quieſcamus à labore huius diuinę prædeſtinationis quoad propter quid eſt, ideſt, quoad cauſam eius,

ſpecia-

ſpecialiter ex parte prædeſtinatorum hominum: dicimus hominem cauſam eſſe ſuæ prædeſtinationis, ſi prędeſtinatio accipiatur pro completa, & conſummata prouidentia ſupernaturali in reali exiſtentia à parte rei, ideſt pro conſecutione finis, ſiuè ſecundùm conſecutionem finis prædeſtinationis: taliter tamen, quòd antequàm ipſe concurrat, vt in eo compleatur, & conſummetur; illa prior prouidentia, ex priori, & præcedenti efficaci Dei prædiffinitione, erat complenda, & perficienda: Quæ prior, & efficax Dei determinatio, nil aliud eſt formalitèr, quàm gratioſa illa Diuina prędeſtinatio, de qua quæſiuimus, An habeat propter quid, ſcilicèt merita ex parte noſtra; adeò ut Deus glorioſus moueatur ex pręuiſis meritis noſtris ad eliciendum eam: & dicimus, quòd nequaquàm; ſed omne propter quid, & omnis ratio, & cauſa, eſt ex parte ipſius Dei, quia Bonus; & vt talis vult communicare gloriam ſuam; &, cùm ſit intelligentia, & voluntas non errans, neminique teneatur, liberè, quibus vult, illam impartitur, abſque iniuſtitia vlla, vel perſonarum acceptione. Solus ergo Deus verè, & veraciter dicere poteſt, *Sic volo, Sic iubeo, Sit pro ratione voluntas*. Cui ſit gloria, & imperium per infinita ſęculorum ſæcula. Amen.

Appendix.

MYSTICVS.

QVIA in libro Prouerbiorum 16. cap. ſcio à Salomone; immò à Spiritu Sancto per Salomonem ſcriptum eſſe; *Vniuerſa propter ſemetipſum operatum eſſe Dominum; impium quoque ad diem malum*: & quia, tu Magiſter, Cauſam effectiuam prędeſtinationis dixiſti, ſolam eſſe Diuinam maieſtatem, iuxtà ſuum bene placitum pro æterna ſalute ſuorum electorum: Cum verò, ipſe ſummus Deus, & omnium creaturarum Monarca, nullo pacto indigus ſit, ac bonorum creaturarum non egeat; Qui fieri poteſt; *Vt propter ſemetipſum*, ideſt,

(iuxtà

(iuxtà paruam meam intelligentiam) propter aliquem finem vltimatum, ſibi attinentem, *vniuerſa ſit operatus, & inter omnia iſta, etiam electorum ſuorum prædeſtinationem, impiorumq; reprobationem, & damnationem?* Nàm ſi hęc ità; videretur Deus à creaturis, & pręſertim ab electorum prędeſtinatione aliquid acquirere; quod inconuenientiſſimum eſſe videtur. Rogo te itaq; Reuerende Pater, ob benignitatem tuam, nè dedigneris ſoluere & hunc ſcrupulum.

MAGISTER.

Quia dignatur Dominus Deus noſtris condeſcendere iuſtis precibus; nec ego debeo dedignari in hoc condeſcendere tibi.

Quęſtio hęc tua ergo, eſt propter adductam ſententiam prouerbiorum; Quis ſit prędeſtinationis, & reprobationis finis ex parte Dei prędeſtinantis, ac reprobantis principaliter intentus. Quàmuis hoc ſit potius admirandum quàm inueſtigandum, iuxtà Auguſtinum de ſpiritu & litera; cùm plurimę queant eſſe rationes in arte Diuina, ob quas aliquid agat, quę nos maximè latent; tamen aliqua non deſunt loca ſcripturę, vndè aliquas colligere valemus. Hac de re varijs in locis diuerſimodè Apoſtolus Paulus locutus eſt, ad Epheſios primo ait: *Nos Deum prædeſtinaſſe in laudem gloriæ gratiæ ſuæ.* In prima ad Corint. 2. *Propter gloriam noſtram aſſerit.* Ad Romanos tandem 8. dicit, *Deum prædeſtinaſſe nos, quatenus eſſemus conformes imaginis filij ſui.*

Ad huius ergò ſcrupuli ſolutionem, obſeruandum eſt ſecundùm Ariſtotelis doctrinam, & ſecundùm rei veritatem, duplicem eſſe finem agentis, ſcilicèt, Finis gratia cuius, & finis cui: Finis gratia cuius, eſt ille, ob cuius acquiſitionem immediatè vtimur ordinatis medijs. Exempli gratia: In homine ſanando, ſanitas eſt finis, cuius cauſa accerſitus eſt Medicus, & accipitur medicina, ſeruanturq; omnia ſeruanda ad illius acquiſitionem: Ægrotus autem ipſe eſt finis, cui acquiritur ſanitas, depulſa infirmitate: Similiter, cum vnuſquiſq; hominum appetat beatitudinem, adhibeatq; media ad ipſam; Beatitudo ipſa eſt finis, cuius ratione vnuſquiſq; vti-

tur

Digitized by Google

tur medijs; & vnuſquiſq; vtens medijs ad ipſam, & illam acquirens, dicitur finis, cui illa Beatitudo acquiritur. Sic voluit Ariſtoteles intelligere finem, cui, in libris Phyſicorum, quandò dixit, *Hominem eſſe quodam modo finem omnium*; iuxta etiam illud Dauidis; *Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius, Oues, & Boues, vniuerſas, inſuper, et pecora campi, Volucres Cæli, & piſces maris, & vniuerſi, qui habitant in eo*. Homini ergo Deus omnia creauit tanquàm fini, metro, & menſuræ entium omnium ſublunarium: & in hoc apparent amor, & æſtimatio Dei ergà hominem, dignitaſq; & perfectio hominis ſuper omnia entia; vt dictum eſt. Ad propoſitum noſtrum ergo hæc applicando dico; Licet glorioſus, & ditiſſimus, ac perfectiſſimus Deus nullis bonis creaturarum egeat vnquàm; attamen omnia creauit, fecit, & facit propter ſemetipſum; tanquàm fini vltimato, cui, ac principaliter intento, cui omnia ſubordinātur. In pdeſtinatione ergo eſt finis gratia cuius prędeſtinati hominis, ſcilicet eſſentialis beatitudo, de quo clarè locuti ſumus, qui finis cuius ſubordinatus eſt fini vltimato cui, qui eſt magnificatio glorię, & exaltatio nominis ipſius Dei: & eſt dicere, quòd prędeſtinauit hominem ad exaltationē ſui nominis, & magnificationem ſuę gloriæ, vti exponitur à Diuo Paulo: ad Epheſios 1. cum dicit; *Prædeſtinaſſe nos in laudem gloriæ gratiæ ſuæ*. Obſeruandum vlterius, quòd hęc magnificatio ſuę glorię, & exaltatio ſui nominis reſultans à prędeſtinatione, facta eſt in manifeſtationem Sapientię, Potentiæ, ac Bonitatis ipſius Dei, Cùm ſapienter, potenter, ac Benè prędeſtinauerit aliquos, & non omnes; immò aliquos alios, tanquàm dignos (propter eorum impietates) morte, reſeruauit in diem malum; malum pro eis, dico, Iudicij diem, ad oſtenſionem ſuę iuſtitiæ: quemadmodum poſuit, & reſeruauit Pharaonem Ægyptiorum Regem, vt oſtenderet in eum fortitudinem ſuam, & narraretur nomen ſuum in omni terra. De fine prędeſtinati hominis intelligitur dictum Pauli ad Corinth. 1. cap. 2. ſupra citatum: *ſcilicet propter gloriam noſtram*:

Pſal. 8.

1. Cor. 2.

De fine verò prædeſtinati Chriſti, capitis Eccleſię, intelligendum eſt aliud dictum eiuſdem ad Romanos 8. Cum dicit,

Digitized by Google

Rom. 8 Quos præſciuit, & Prędeſtinauit, conformes fieri imaginis filij ſui; Et hic eſt finis, cui ſecundùm imaginem, inquantùm homo, ſumus conformes, vt ſit ipſe caput totius Eccleſiæ, & nos membra illius; quod maximè eſt cordi Deo ipſi; vt Chriſtus ipſe per Dauidem pſalmo ſecundo de ſeipſo ait: *Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo, ſcilicèt Deo Patre, ſuper Syon montem ſanctum eius*, ideſt; ſuper omnem Eccleſiam, & rationalem creaturam, *Prædicans præceptum eius*, Quod præceptum eſt, vt tanquam regem, & principem ipſum adoremus. & alibi Paulus Epheſi. 1. *Dedit ipſum caput ſuper omnem Eccleſiam, quæ eſt corpus ipſius*.

Pſal. 2.

Eph. 1.

Ad concluſionem ergo ſolutionis ſcrupuli, quandò (Myſtice Theloge) finaliter infers, quòd ex prędeſtinatione (maximè finaliter completa, & perfecta prædeſtinatorum) acquireret ſibi Deus aliquid à creaturis, non prius habitum, nempè magnificationem ſuę glorię, & ſui nominis exaltationem, oſtendendo in ea prędeſtinatione Sapientiam, Potentiam, & Bonitatem ſuam, vt iam dixi; Ad hęc etiam addo, quòd Laudem, Honorem, Gloriam, & Benedictionem per ęterna ſæcula Deo dabunt prędeſtinati ipſi tunc Beati, vt Apocalypſis teſtatur; atq; omnia hęc ex prędeſtinatione reſultabunt: non tamen ideo augetur eius Sapientia, Potentia, Bonitas, Honor, vel Gloria per aliquod nouum in ipſo; quia noua mutatio iſta erit tantùm in prędeſtinatis beatis, qui anteà ſic beatè magnificabant, glorificabant, laudabant, ac benedicebant Deum, quemadmodum tunc per ęterna ſęcula. Sicut in mundi creatione oſtenſa eſt eius Sapientia, Potentia, Bonitas, & Gloria, abſque aliqua re nouiter in ipſo Deo; & Dominus nuncupatus eſt ex dominio ſuper creaturas, per ſolam mutationem creaturarum de non eſſe ſimpliciter ad eſſe reale abſolutum; tantummodo terminando realem reſpectum creaturarum; & ſi quid fuit in ipſo, tantùm reſpectus rationis fuit, vel nullus: Sic, & hic in propoſito iſto, & de prædeſtinione, vt ſupra declaratum eſt. Hoc voluit innuere ipſe Dei patris Sapientia Chriſtus, quando dixit.

Apo. 19.

Luc. 17. *Quandò feceritis hæc omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite, ſerui*

ſerui inutiles ſumus, quod debuimus facere, fecimus: Cum ex nulla noſtra perfecta mandatorum obſeruantia, aut bonorum quorumcunque operum patratio augeatur ipſius Dei ſummi Potentia, Sapientia, Bonitas, aut perfectio aliqua; neo indè vtilitas, ſeù commodum aliquod eueniat ei; verè ſerui inutiles ſumus ipſi Deo: Licèt non omninò, & abſolutè inutiles; quia nobis vtiles, ac omnis bonorum quorumcunque noſtrorum operum vtilitas redundat, & in ſinum noſtrum conuertitur, ex benigna, & gratioſa ſua acceptatione, & pactione; pepigit enim nobiſcum dicens: *Ite in vineam meam, & quod iuſtum fuerit, dabo vobis.*

Exiſtimo probe Senex ex his meis declarationibus, ſatis benè te intellexiſſe, quomodo Dominus vniuerſorum Deus, vniuerſa creauerit, fecerit, facit, ac faciet propter ſemetipſum, ideſt ad ſui nominis Laudem, Magnificationem, Honorem, Gloriam, & Benedictionem, tanquàm fini vltimato; cui omnia à ſe facta bona, ſicque à ſuis electis ſubordinantur, & diriguntur.

MYST.

Sicut tu exiſtimas, & ego quoq; ; & in hoc mens ſerenata eſt mea: ſicut & in omnibus alijs dubijs, & quęſitis mei totius proceſſus huius benedictę prędeſtinationis: ſimiliter, & pręſcientię, ac reprobationis. Retribuat tibi Dominus pro tuis meritis portionem, & partem hæreditatis tuę in terra viuentium, cùm hinc ſaluus exieris.

MAGIST.

O' vtinam, vt dixiſti, aſſequar. Nam, vt Dominus ipſe Deus dignaretur *Portionem, & partem hæreditatis meæ eſſe*. Mundum immundum reliqui; Chriſto Ieſu, & Franciſco adhęſi: Valedixi domui, atque paternę hęreditati; Gratiam Dei in hoc mortali ſtatu pluriſaciens, ſuper diuitias, & fauores omnium mundi dominorum; quoniam per ipſam gratiam merita habemus: Sicut per matrem filium. Finaliterque, & per ipſam, vita datur ęterna; iuxtà illud Diui Pauli: *Gratia Dei vita æterna*. Gratiam glorificationis pro Gratia iuſtificationis accipimus. *Quicquid ergò habemus meriti, Preuenit* x Rom. 6

gratia donat; Et nil in nobis Deus, præter ſua dona, coronat.

Pro gratiarum actione vnanimes, vnoque ore, Myſtice Theologe, canamus ad inſtar Diuorum Ambroſij, & Auguſtini, dicentes.

Te clementiſſimum prędeſtinatorem, iuſtiſſimumque pręſcitorem Deum laudamus.

Te Dominum vitę, & mortis, Paradyſi, & Orci cõfitemur.

Te, Miſericordiarum, ac totius conſolationis Deum Patrem, totus terrarum orbis veneratur.

Tibi Cherubim, & Seraphim.

Tibi omnes Angelorum Hierarchię, inceſſabili voce conclamant.

Sanctus Deus.

Sanctus Fortis:

Sanctus immortalis; Et nos miſeri mortales exclamamus, Miſerere noſtri Domine, miſerere noſtri.

Sit miſericordia tua Domine ſuper nos, ſecundùm quòd ſperamus in te.

In te Domine ſperamus: in ęternum nè confundamur.

Vniuerſa in his tribus libris contenta; pedibus Sanctæ Matris Eccleſiæ, vti columnæ, & firmamento veritatis, Submitto; vt illius Catholicus filius: quam ſemper habere volo matrem; vt habeam Deum, Patrem.

Amen.

Digitized by Google

DE STATV REPROBI PECCATORIS

VIATORIS, VENVNDATI ſub peccato, & in reprobum ſenſum dati.

QVÆSTIO.

EST quæſtio, tantum inter ſapientes, & perfectos pertractanda; An, ſcilicet in hoc mortali ſęculo ante mortem detur in aliquibus, ſeu pro aliquibus peccatoribus aliquando damnationis ſtatus; ita vt contingat quis ad hunc deuenire ſtatum, in quo nequeat amplius ſaluus fieri, ſicut extra illum potuit?

In primis obſeruandum eſt pro intelligentia huius termini, ſeu dictionis, Status; ipſum proprè ad libertatem, vel ſeruitutem pertinere in temporalibus, vel ſpiritualibus; & ſignificat immobilitatem, & obligationem perſonę hominis, ſecundum Angel. Dict. 12 quæſt 183. art. 1. Et dicitur ſtatus a verbo ſto, ſtas: ſtare autem politionem

nem

nem ſignificat naturalem hominis cum immobilitate, & poteſt dici Status conditio. Vnde Status ſecundum Scotum in 1. diſt. 3. q. 3. art 2. non videtur eſſe, niſi ſtabilis permanentia, legibus diuinæ ſapientiæ firmata: ſicut illis legibus ſtabilitum eſt, quòd intellectus noſter pro ſtatu iſto mortali non intelligat niſi illa, quorum ſpecies relucent in phantaſmate: & hoc propter originalis peccati pænam, ſiue propter connexionem, & concordiam potentiarum animæ in operando, cum potentijs inferioribus ſenſitiuis. Sed notandum triplicem eſſe ſtatum hominis: Primus naturæ perfectiſſimè perfectionatæ, qui eſt in Beatitudine; de quo Boet. 3. de conſol. Philoſ. ſic: Beatitudo eſt ſtatus, omnium bonorum aggregatione perfectus. Secundus eſt naturæ humanæ integræ, nondum à perfectione ſuæ conditionis lapſæ, qui innocentiæ dicitur: Hic fuit in Terreſtri Paradiſo, in quo ſtatu omnia ordinata fuerant ex toto, & omnino ad contemplandum Deum creatorem ſuum; ſicq; & ſpiritualia, ſine impedimento, vel difficultate aliqua: quam Dei, & ſpiritualium contemplationem modo nequit ſine magna difficultate, & labore exercere, & grauata ſuæ corruptionis onere, quod eſt mirabile; & optimè noſcunt, qui ad hoc nituntur.

Tertius Status eſt naturæ lapſæ, & per peccatum corruptæ habens principium a lapſu, ſiue peccato primi hominis in Paradiſo; diuiſus ſub lege naturæ, ſub lege ſcripta moſaica, & ſub lege gratiæ, & veritatis, quæ eſt lex Chriſti, de qua Ioannis 1. *Lex per Moyſem data eſt, gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.* In ſtatu iſto præſentis vitæ, ſceptrum habet miſericordia; ſed in ſtatu futuræ, locum habebit Iuſtitia; *Quia tunc reddet vnicuiq; per iuſtitiam, ſecundum opera ſua; Ibunt impij in ſupplicium æternum; Iuſti autem in vitam æternam*, ait Euangelium. Licet ſtatus iſte noſter mortalis, ſit primò naturæ lapſæ, & ſub peccato, attamen per Ieſu Chriſti miſericordiam, tenentem (vt dictum eſt) ſceptrum, debet dici Status naturæ reparatæ, ſiue reſtitutæ ad filialem adoptionis gratiam; temporis etiam acceptabilis, & diei ſalutis, iuxta illud Pauli: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis.*

Ioan. 1.

Mat. 25.

2. Cor. 6.

Status

Status etiam libertatis Chriſtianorum; *Dummodo non dent libertatem, qua Chriſtus nos liberauit, in occaſionem carnis, & peccati.* Hic Status temporis acceptabilis, atq; diei ſalutis, vniuerſaliter ſe extendit vſq; ad iudicij diem excluſiuè, & pro vnoquoq; homine vtriuſque ſexus, vſq; ad mortem ſimiliter excluſiuè. Dico excluſiuè, quia propriè corruptio, & mors fiunt in inſtanti, ſicut & generatio: quę mors cum nil aliud ſit, quàm ſolutio animæ à corpore, illa in inſtanti fit, & tunc deficit, & expletum eſt tempus merendi, & demerendi; terminus quoque huius viæ mortalis ordinatus ad hoc aduenit. Galat. 5.

Ad quæſtionem ergo reſpondetur, quòd ſtatus iſte verendus contingit pro aliquibus aliquando dari: vt ex diuinis vtriuſq; teſtamenti ſcripturis ſat, & catholicè comprobabo. Sed animaduertendum concluſionem hanc affirmatiuam tenendam eſſe, cum hac præuia diſtinctione, ſeu conſideratione; ſcilicet, ſi iſte ſtatus, & impoſſibilitas in iſto ſtatu ſaluandi, ex parte omnipotentis Dei, cuius eſſentia bonitas, & cui miſereri, ac parcere ſemper eſt proprium, aut ex peccatoris parte proueniat.

Si dat ſtatus vniuerſalis reproborum dānadorum. Non eſt mirum, q̄ detur ſpecialis aliꝰ ſub eo, p̄ aliquibus ſub peccatis venundatis, & in reprobum ſenſum datis.

Vnde dico ex vtriuſq; parte euenire; ac in primis ex parte diuinæ prouidentiæ non errantis permittentis: Secundo ex parte peccatoris ſic volentis peccare peccatum ad mortem: ita vt mereatur ad illum inſęliciſſimū deuenire ſtatū; pro quo fortè non dico, vt roget quis; Scimus Dominum Deum noſtrum ad peccati formale concurrere tantùm permittendo, non autem effectiuè. Sine ipſo enimuero factum eſt nihil, quod factum eſt, videlicet peccatum, quod nihil, & defectus eſt, non autem effectus; ac peccare non eſt efficere, ſed deficere a regulis diuinæ voluntatis; loquendo ſemper quoad formale: Sicut certè creatura rationalis ex nullo præſuppoſito ente creata eſt, maximè iuxta animę creationem; Sic peccando ad nihil, & nullum ens tendit. Vnde quantum eſt ex parte ſui meretur anihilari. *Miſericordiæ ergo Domini, quia non ſumus conſumpti; quia non defuerunt miſerationes eius.* Et quare permittat nos peccare, ratio eſt, nè donum quod largitus eſt Ioan. 1. Epiſt. 5. 1. Tim. 3.

Digitized by Google

Rom. 11. eſt ſuum arbitrij liberi auferat, ſeu cogat. *Sine pęnitentia profectò ſunt dona Dei*. Poſſet quis hic dicere; nonne melius fuiſſet, ſi nos per naturam, aut per gratiam impeccabiles feciſſet? Quare ergo peccabiles fecit? ſeu condidit? Reſpondetur, non potuiſſe nos impeccabiles per naturam condere, quia tunc eſſemus eſſentialiter Dij, quod eſt impoſſibile; nam vnus ſolus eſt Deus, qui omnia poteſt, & modo nullo deficere, quia tunc Deus non eſſet; aut eſſemus beſtię, quæ intellectu carentes, peccare nequeunt. Per aſſiſtentiam gratię, & confirmationem in illa, nec debuit nos impeccabiles producere, quandoquidem glorioſius eſt coronari cum meritis, quàm ſine illis: ac communiter confirmatum eſſe in gratia, & ſic non poſſe peccare, eſt pręmium, quod datur communiter his qui peccare, & tranſgredi potuerunt; verùm non peccauerunt, nec trangeſſi ſunt. Aut ſi quando, & pluries tranſgreſſi ſunt, & peccarunt, pœnitentiam egerunt, & in gratia obierunt. Pręmium in re, & effectu debet ſequi, & non antecedere meritum.

Cùm ergo Deus Benedictus ſit tantùm permiſſiua cauſa peccati, quę, ſine qua non dicitur: effectiuè autem voluntaria cauſa peccati eſt homo peccator. Voluntaria cauſa eſt, quia D. Pater Auguſtinus, ac bene inquit; peccatum adeò eſſe peccatum, quia voluntarium; ſecus non: Effectiue etiam ad illum deplorandum ſtatum aliquando, iuſto Dei iudicio permittente deuenit: *Dilexit maledictionem, & veniet ei, Noluit benedictionem, & elongabitur ab eo*. Sic de talibus Pſal. 118. Pſaltes Regius, & vltra de illiſmet ſic ad malum currentibus, tandemque ad hunc ſtatum peruenientibus dicit: *Et Induit maledictionem ſicut veſtimentum, & intrauit ſicut aqua in interiora eius, & ſicut oleum in oſſibus eius*. Quid eſt diligere maledictionem, niſi peccare ex certa ſcientia, & cognitione, deliberatione, propoſito, & obſtinata malitia in Spiritum ſanctum? Enimuerò nullus incognitum diligit, cum voluntas actu ſuo volendi, & diligendi feratur niſi in pręcognitum bonum exiſtens, vel apparens, quando intellectus deceptus eſt. Fertur etiam aliquando ex praua, & deprauata conſcientia in

malum.

Digitized by Google

malum, ſub ratione præfixi boni. Sic iſtiuſmodi homines malum; malitiam, & pecatum diligunt, ſub ratione præfixi ſibi ipſis boni; *Quando nemo ad malum aſpiciens operatur*, Secundum Diuinum Areopagitam. Illud quidem bonum præfixum, reuera eſt peccatum in Spiritum Sanctum, maledictum, & execratum à Deo: *Quia odio ſunt Deo impius, & impietas eius*: Et propter illud peccatum eueniet ei in ſtatu illo particularis maledictio de facto; atq; in die vniuerſalis Iudicij illa omnium reproborum, ſeu cum omnibus reprobis. Et cum duo contraria in ſummo maximè nequeant in eodem ſubiecto ſimul morari; elongabitur à talibus benedictio in tantum, & taliter, quòd dum in eo perſiſtunt ſtatu maledicto, non quærant benedictionem acquirere, & ſaluari. Non poſſunt (loquor accipiendo, & intelligendo illud non poſſe, ſeu illam impoſſibilitatem in ſenſu, vt Logici aiunt, compoſito, & non diuiſo) & ex conſequenti Deus Benedictus, licèt infinitæ miſericordiæ ſit, nequit eis benedictionem largiri, vt ſalui fiant de potentia ordinata; & ſecundùm potentiam ordinatam loquendo, ſubiectā legibus à ſua infinita ſapientia, & voluntate rectiſſima ordinatis, nè fiat ſuæ diuinæ iuſtitiæ præiudicium: quamuis de abſoluta, ſecundùm abſolutam potentiam ſuam, quæ huiuſmodi legibus nō eſt ſubiecta, poſſet in eiuſmodi, & in tali ſtatu homines ſaluare, cū non implicet contradictionem. Secundùm hanc voluntatem: *Omnia, quæcunq; voluit, fecit in Cælo, in terra, in mari, & in omnibus abyſſis*: Nec creatura aliqua poteſt ei reſiſtere; tantum reſiſtunt ei (ſi licet abuſiuè vti vocabulo reſiſtentiæ) contradictoria, & quæ contradictionem implicant, quia ex ſe ſunt infactibilia; vnde per nullam potentiam fieri queunt: ſed reuera hæc dici nequit reſiſtentia.

Sap. 14.

Pſal. 134.

Hic maledictus, & execratus peccator, inquit idem Regius Pſalter, *Induit maledictionem ad inſtar veſtimenti*; qui ſe induit voluntariè, ac ſcienter ſe induit, ob finem bonum; & veſtimentum illud, quo ſe induit, totum corpus circumdat, & circumplectitur. Sic & talis peccator, de quo loquimur, ſcienter, & liberè, & ob finem præfixum ſibimet bonum in-

Digitized by Google

duit ſe, ſeu animam ſuam peccatum, vel peccato tali; quo totam ipſam animam circumplectitur: atque non tantum circumplectitur, ſed ſicut aqua intrat in interiora animæ, eſſentiales, ſcilicet, potentias, & ſicut oleum in oſſibus eius, ideſt viribus animę, nempe rationali, concupiſcibili, & iraſcibili. Et quia tales *Ponunt, vt dixi, mala pro bonis, & odium pro dilectione Dei, ac proximi; Ideo conſtituitur ſuper eos princeps peccati Lucifer, & Diabolus ſtat à dexteris eorum, quaſi eos tenens*, & impediens; ne in dexteram, & bonam partem ſe vergant, & conuertantur; atque diiudicando ipſos dextrę Benedicti Dei indignos, & ſiniſtrę (in qua fętentes Hedi peccatores ſtabunt in die Iudicij, ac in qua, & ipſi per peccatum morantur) dignos. Cum à Diabolo iudicantur (Deo permittente) in tali ſtatu de hac vita exeunt condemnati: & fortaſſe illis euenit, quod & in fidelibus, & non credentibus, *Qui iam viuentes iudicati ſunt*, Deo etiam tale iudicium approbante. Licetque aliquando ſe pęniteat, fleant peccata, & Deum pro venia, & ſalute ſua orent pręcenturq;: quia talium oratio in peccato fit, idcircò execrabilis eſt, & non exauditur; minimeque peccatorum remiſſionem obtinent: quia non ſicut oportet, nec quomodo oportet ſe pænitet, flentq; non affectione iuſtitiæ, ſed affectione commodi proprij acquirendi, vel incommodi euitandi; ducti timore ſeruili, non filiali. Eſtq; huiuſmodi pœnitenia ſibimetipſis, & non Deo directa, nec propter offenſum Deum, vt deberet; *Dirigite viam Domini*, ſcilicet pęnitentię, *Rectas facite ſemitas eius*, inquit Iſaias. Vana eſt omnis talis pœnitentia, quę non affectione iuſtitię fit; vt exemplo ſunt pęnitentia, lacrimęq; Eſau, *Poſt amiſſam primogenituram, & paternam benedictionem. Antiochi quoq; poſt tot perpetrata mala, & facinora, blaſphemiaſq; in Dum verum, cum à vermibus per totum corroderetur corpus: tunc rogabat Dominum pro miſericordia, à quo non erat miſericordiam conſecuturus*, inquit ſcriptura. Similiter & Iudæ Chriſti proditoris, qui *Pœnitentia ductus reſtituit triginta argenteos Sacerdotibus in templo*. Quit amplius? publicè coram illis peccatum ſuum, & Chriſti innocentiam confeſſus eſt. *Sed diffiſus diffidentia*,

Iſai. 40. Genes. 27. Mach. 2. Cap. 9. Mat. 27.

abiens,

abiens, laqueo ſe ſuſpendit, ac ſuſpendio vitam finiuit. Talis eſt & damnatorum in Inferno pœnitentia.

Quis dubitat eos ſe pœnitere peccaſſe, propter pœnarum euaſionem, quas patiuntur; & non propter Dei benedicti offenſam? Ideò nunquam miſericordiam obtinebunt: ſcriptum quippe eſt de illis: *Ipſi videntes*, ſcilicet Chriſtum iuſtum Iudicem in die Iudicij triumphantem, & glorioſum cum Angelis, & Sanctis ſuis omnibus glorioſis, *Turbabuntur timore horribili dicentes intra ſe pœnitentiam agentes, & præ anguſtia ſpiritus gementes*, &c. Status ſalutis peccatorum, & veræ pœnitentię, communiter à timore incipit ſeruili, ſed in filialem deſinit, ac in pęnitentem peccatorem trahit illum, ceu acus, filum ſiue biſtortum in pannum veſtis, quæ conſuitur: Sed ſicut acus, poſtea non ſtat in veſte, ſiue cum biſtorto in panno, ſed peracto ſuo officio tranſit, ſic ſeruilis timor deſinit, & deficit in filialem, nec cum ipſo in gremio Charitatis ſtare poteſt, *Nam perfecta charitas eiuſmodi foras mittit timorem*. Filialis autem, & ſanctus timor in charitate, & cum charitate moratur, veluti filius in gremio dilectę matris. Sap.5.

Verè pœnitentes, de quibus loquimur ſic ſe penitet quod peccata commiſſa plangunt affectione iuſtitię, vt dictum eſt; eo quia contra omne ius, & fas ſummum bonum, & Patrem miſericordiarum Deum offenderunt: & plus de Dei offenſa triſtantur, & dolent, quam de propria damnatione, & omnib' malis iuſtè pro ſuis peccatis eis occurſis: & Licet nō omnes legitimam, & veram peccatorum pęnitentiam agentes eiuſmodi circumſtancionatam aliquando actu, & explicitè non habeant; virtualiter, tacitè, & interprętatiuè tamen intelliguntur habere; & cum talem Deus intuetur pęnitentiam, iccircò propter illam, tamquam per diſpoſitionem perfectam dat gratiam, & remittit peccata, & in ſalutis ſtatum ponit. Et e contrario, cum talem pęnitentiam non videt, non confert gratiam.

Cum ergo in ſupradictis impijs fictè pœnitentibus, talē non videat, vt aſſignauimus pęnitentiā, imò potius oppoſito modo; & vltra videat eos finaliter impœnitentes, & ommem voca-

Digitized by Google

tionem, & præuenientem interiorem & exteriorem gratiam, in vanum receptam, vel habitam: iuſtè illis habenas laxat ſubtrahendo ſuum diuinum impulſum, ſinitq; eos ſecundum deſideria cordis eorum mala, & in prauis adinuentionibus ſuis ire: ſicq; in reprobũ ſenſum dat, vt faciant ea, quę non conueniunt: repleantur omni iniquitate; Vnde finaliter digni ſunt morte, conſequenterq; remanent in ſuo malè vſo libero arbitrio ſolo: cum tamen communibus auxilijs vniuerſalis Dei prouidentię, ſecundùm quã *vult omnes homines ſaluos fieri*, in ſe ſufficientibus ad ſalutẽ: ſed non huiuſmodi peccatoribus: nam vltra hęc communia auxilia ſaluandis dantur, & ſpecialia, quę fortè iſti quoq; aliquando receperunt, ſed fruſtratoriè, & in vanum ob eorũ culpam, quia ingrati fuerunt, vel tentationis tempore receſſerunt, & poſt mundum, carnem, & diabolum ambulauerunt. Suo ergo libero arbitrio male vſo in enormibus peccatis, gratia deſerente eos, ceciderunt, à quibus contrà Pelagium, ſuis naturalibus viribus ſurgere non valent gratia non aſſiſtente, nec iuuante. Et tales, ad inſtar ſunt Paralitici ad piſcinam, *Non habentes hominem ſe iuuantem*, nec in piſcinam mittentem: in primis ſeipſos non habent, ſcilicet liberos; cum à peccatis, & vitijs, à peccatorumq; inuentore poſſideantur; nec alia ſunt eis, vti dictum eſt miſericordię Dei auxilia. Enimuerò ſicut clemens, & miſericors

Pſal. 17. Deus, *Cum ſancto ſanctus eſt, ſanctificando; Cum electo eligendo: ſic & cum peruerſo peruertendo ſe*; ideſt ſe auertendo, abſque vlla ſui mutatione à miſericordia ad iuſtam derelictionem, vindictam, & iudicium; ac duplici contritione conterendo tales.

Prima contritio in hoc mortali ſtatu, eſt de quo loquimur, eos derelinquendo, & in reprobum ſenſum dando; in quo ſtatu licèt ab eo modis pluribus, & plagis maximis percutiantur, ut inde poſſent peccata ſua cognoſcere, & conuerti; de facto etiam aliquando cognoſcunt; non proinde ad veram pęnitentiam conuertuntur. Quia non ex contritione ad ſpem miſericordię, & ſalutis cognoſcunt, ſed ad deſperationem: Vti cognouere Cainus, Iudas Proditor, ac alij multi. Vndę

de

Digitized by Google

de iſtis verificatur illud Hieremiæ 5. *Percuſſiſti eos, nec doluerunt, & renuerunt accipere diſciplinam.* Eiuſmodi derelictiones, & percuſſiones à D. Ioãne Damaſceno vocãtur deſperatrices: eo quia à talibus in tali ſtatu exiſtentibus non ſperat, vel expectat Deus veram pęnitentiam, & conuerſionem, ſed ſunt eis pro Inferni principio: quibus fortè conuenire poteſt illud: *Deſcendant in Infernum viuentes*; Nam ab initio pœnarum, & iſtiuſmodi Dei percuſſionum cum priuatione ſpei ſalutis, dicuntur quodam modo deſcendere in infernum viuentes. Pſal. 54.

Huic primę contritioni ſuccedit in inferiori inferno, ſecunda contritio animæ, & corporis; diſtincta in pęnas triginta quindecim animę, & totidem corporis; de quibus in tractatu Ciuium, & Ciuitatis Satanę actum eſt. Proſequamur nunc de deſperatricibus percuſſionibus contritionis primę huius miſerrimi ſtatus uiuentium corporaliter; ſpiritualiter autem ſecundum animam è contra.

Deſperatrices fuere plagæ, & percuſſiones omnes Pharaoni miſſę, vt cernitur ex illis Domini Dei verbis: *Indurabo cor Pharaonis*, Ac multò magis ex fine illius. Similiter illæ Datani, Abironi, Antiocho, & Herodi miſſæ. Quid de exterminio Ciuitatis Hyeruſalem, Populique Iudaici dicemus? nonne clarè videtur deſperatorium fuiſſe? cum longe ante ſic de illo prędixerat Hyeremias: *Plaga inimici percuſſi te caſtigatione crudeli, propter multitudinem iniquitatis tuæ, dura facta ſunt peccata tua. Quid clamas ſuper contritione tua? inſanabilis eſt dolor tuus; propter multitudinem iniquitatis tuæ, & dura peccata tua feci hoc tibi.* Propè, & cum ferè in ianuis eſſet flente Domino Ieſu, ſic ipſe minabatur ei: *Si cognouiſſes, & tu in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis, quia venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & coanguſtabunt te*, &c. Omnia ſupradicta coram oculis noſtris poſita ſunt, vt videamus quomodo cautè ambulemus nè, quando à facie Dei proiecti, in hunc infeliciſſimum ſtatum cadamus. Ad quem ne deueniret, ſic precabatur Dauid: *Ne proijcias me à facie tua*: Eò quia à facie Dei Pſal. 50.

Exodi 7. Hier. 30. Luc. 19.

proie-

proiectis, & in hoc tremendo ſtatu poſitis aufertur Spiritus Sanctus, Spiritus rectus, & Spiritus principalis: & ibi dominatur, ac regnat Spiritus nequam, & malignus, ac malorum omnium Princeps, & caput excitans, ſollicitans, ac quantum poteſt, ad delictorum profundum impellens, vt Iudam impulit, Primo ad murmurandum de opere bono Magdalenę. Secundo ad auaritiam. Tertio ad prodendum Chriſtum. Quarto ad illius captionem. Vltimo verò ad deſperationem, & ſuiipſius ſuſpenſionem. Itidem & nobis orandum cum Dauide eſt: ne vnquam à facie illa, in quam deſiderant Angeli proſpicere proijciamur; & deueniamus ad hunc deplorandum ſtatum, in quo veluti infirmi frenetici cęleſtem Medicum, ac ſalubres ſuas diuinas medicinas ſpernamus; & nobis contraria eligamus. Vnde ille de noſtra deſperatus ſalute, iuſte nos derelinquat, dicendo, vt Iudæ dixit: *Quod* Ioan. 13. *facis, fac citius*.

Et quando contingit deuenire nos ad hunc ſtatum? Dico, quod quando peruenimus ad quartum peccatorum ſcelus, de Amos 1. quibus Amos inquit: *Super tribus ſceleribus Damaſci, & ſuper quartum non conuertam eum*.

Primum ſcelus, ſiue ſceleris gradus talium peccatorum, eſt cordis peccatum ex ſcientia, electione, & determinata malitia. Secundum exterioris correſpondentis operis. Tertium Habitus; malæ, aſſuetudinis; ex frequentatis enim actibus generatur habitus, & conſuetudo, pronitas, & inclinatio ad conſimiles actus, tam in habitibus virtutum bonis, quam in malis vitiorum, faciens potentias exire in actus, & operari prõpte, delectabiliter, ac expedite; & tandẽ habituatũ hominem delectari, gaudere, & exultare in huiuſmodi actibus, ac rebus peſſimis, ita vt ſic habituatus peccator accedat ad quartum ſcelus, quod eſt complacentię, delectationis, & exultationis peccatorum, & in peccatis quemadmodum de Prou. 2. his ſcriptum eſt; *Lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus peſſimis*: Et quod plus eſt, & peius, *Peccatum ſuum* Sine Iſai. 3. verecundia, & metu: *Vt Sodoma, & Gomorra, prædicant*.

Pręterea cum habitus difficulter à ſubiecto remoueatur,

Digitized by Google

ac in alteram, ſed deprauatam naturam conuertatur: deprauatam loquendo de habitu malo. Ideò in eo induratur peccator, vt alter Pharao, de quo ſcriptum eſt: *Induratum, & agrauatum eſt cor Pharaonis nimis.* De ſimilibus etiam Zacharias loquitur ſic: *Cor ſuum poſuerunt, vt Adamantem, ne audirent legem.* Et quid loquor vt Adamantem? Etiam aliquando Adamante durius: cum Adamas Irci ſanguine frangatur: iſtorum autem cor precioſiſſimo, ac potentiſſimo ſanguine immaculati Agni Chriſti non frangitur: immo nec parum mollior fit, per contritionem veram. Exodi 9. Zac. 7.

Quantum iſtorum conuerſio difficilis ſit, ac tendat quaſi ad impoſſibile, ecce verba ſanctiſſimi Hieremiæ in teſtimonium: ſic: *Si poteſt Æthios mutare pellem ſuam, & Pardus varietatem ſuam; ſic & vos poteritis diſcere benefacere, cum didiceritis malefacere.* Alibi & de talibus, ſiue ad tales ſic loquitur Dei Sapientia; *Vocaui & renuiſtis.* Hie. 14. Pro. 1.

Hic renuere accipitur pro reſpuere omnem exteriorem vocationem, correctionem, & charitatiuam admonitionem Dei, per proximos fratres; per prædicatores, ſeu Eccleſię prælatos factam ad relinquendum vitia: & peccata, operandumq; bonum. Et cum ſemper in peius impij proficiant, Aurem dextram figunt terrę, ac terrenis rebus; & ſiniſtram, cauda ſpei longioris vitę claudunt, ne ſupradictorum ſapientium ſapienter incantantium ad conuerſionem audiant verba: Vnde pro ſimilitudine nuncupari queunt *Aſpides ſurdi*, Et hoc eſt primum ſcelus. Pſal. 57.

De ſecundo ſcelere ſequitur: *Extendi manum meam, & non fuit, qui aſpiceret:* Extendit manum ſuam in retribuendo, inquit Dauid. Extenſio manus Dei, eſt eius liberalis, & grazioſa largitio donorum naturalium, ſuper naturalium, ſpiritualium, & corporalium, ac temporalium, & gratuitorum omnium. Non reſpicere autem ad illa eſt non recognoſcere illa à Deo, ſed à natura, ab arte, aut ab humano auxilio, & induſtria, vel ob qualiacumq; ſua merita, & aliorum. Contra quos clamat Diuus Paulus ita: *Quid habes quod non accepiſti? & ſi accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis?* Inde Pſal. 54. 1. Cor. 4.

ſequi-

ſequitur ſecundus ſceleris gradus, qui eſt ingratitudo erga liberaliſſimum largitorem Deum.

Tertium ſequitur, quod eſt non audire, acquieſcere, nec obtemperare internę inſpirationi, & conſilio Dei, qua inſpirat, & quo conſulit recedere à malo, & agere bonum: quod eſt diuinæ inſpirationis, & interni conſilij contemptus; cui ſtatim deberemus aurem cordis, obedientiæ, & operis prębere, Pſal. 54. Vti Dauid quando aiebat: *Audiam qui loquatur in me Dominus Deus*.

Quartum eſt, quod poſt hęc prędicta ſequitur, contemptus percuſſionum diſciplinę & caſtigationis Dei ad noſtram correctionem, & ſalutem, ſicut ſcriptum eſt: *Et increpationes meas neglexiſtis*. Vnde ſtatim Diuina ſapientia minatur ſtatum ruinę, & damnationis iſtiuſmodi peccatoribus, et contemptoribus his verbis, ibidem: *Ego quoque in interitu veſtro ridebo, & ſubſanabo, cum vobis id, quod timebatis acciderit; cum irruerit repentina calamitas, & interitus quaſi tempeſtas ingruerit: Quando venerit ſuper eos tribulatio, & anguſtia: tunc inuocabunt, & non exaudiam: mane conſurgent, & non inuenient* Pro. 8. *me*. Contrà illud: *Qui mane vigilauerit ad me inuenient me*. Reddit cauſam, ac rationem, quare hoc, cum ſubdit: *Eo quòd exoſam habuerint diſciplinam, & timorem Domini non ſuſceperint, nec acquieuerint conſilio meo, & detraxerint vniuerſæ correptioni meæ*. Quid clarius de hoc infœliciſſimo ſtatu dici poteſt?

Et pro exemplo ad cautionem noſtram; quia *Fælix, quem faciunt aliena pericula cautum*: Sint nobis filij Heli ſacerdotis 1. Reg. 2. Hębrei populi, Ofni, et Phinees; qui cum eſſent, vt exiſtimare poſſumus, propter grande peccatum ſuum in ſtatu iſto; correcti à Patre ſuo Heli, noluerunt eum audire, & ſe emendare, ſicut ibi Scriptura ait: *Et non audierunt Patrem ſuum*, 1. Re. 15. ſcilicet obtemperando, *Quia Dominus voluit occidere eos*; Sic & Saulem quoq; primum Hębrei populi Regem, credendum eſt, ad hunc deueniſſe ſtatum propter malitiam ſuam; ac finaliter propter peccatum inobedientiæ. Quippe qui licet agnoſceret peccatum ſuum, precareturq; Samuelem, vt Dominum

Digitized by Google

minum oraret pro ſe; non tamen obtinuit, ſed deſperatus, intulit ſibi mortem. *Sicut miſerator, & miſericors Deus vult*, quantum eſt ex ſe, *Omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionẽ veritatis venire*: Et ad hoc, omnib' neceſſaria media dederit. Conſequenter autem, & voluntate conſequenti, quæ de iure ordinario, & de facto reſpicit in Adultis liberum arbitrium bene vſum, & merita, vult delinquentes, ſecundum iuſtitiæ æquitatem punire, plus, & minus, ſecundum delictorum menſuram; & ſicut inquit Auguſtinus: Vt aptamus, & diſponimus nos ad ipſum: Sic ipſe aptatur, & diſponitur ad nos; cum mollibus corde mollis; & cum duris, durus redditur: atque addit Diuus Iacobus Apoſtolus: *Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis*. O nunquam ſatis deplorandi duri, & indurati peccatores huius miſerrimi ſtatus. Conſiderate quæſo pro veſtra mala ſorte, quod nemo tunc poterit vos corrigere, quando vos Deus deſpexerit. Sic ſapiens Eccleſiaſtes, immo Spiritus Sanctus per eum loquitur: *Conſidera opera Dei, quod nemo poterit corrigere, quem ille deſpexit*. Et, quid eſt Deum deſpicere aliquem, adeo quod nemo poteſt illum corrigere, & à praua ſua via auertere, ad bonamq; conuertere; niſi dare talem in reprobum ſenſum, & auferre ab eo omnem ſuam ſpecialem præuenientem gratiam, de qua ſupra locuti ſumus: & ſinere eum agere ſecundum omnia ſua praua deſideria, ac de illius ſalute amplius non curare? Toto corde Propheta Regius Deum precabatur, ne permitteret ſe ad hunc derelictionis, & deſpectionis ſtatum deuenire his verbis a nobis cordialiter ſæpe repetendis: *Ne derelinquas me Domine, neque deſpicis ame Deus ſalutaris meus*.

1. Reg. 1. | Iac. 4. | Eccl. 7. | Pſal. 26.

Audeo dicere, licet iſtiuſmodi peruerſi homines haberent Angelos correctores, nec propter eos ab iſto peſſimo ſtatu dimouerentur, ſe ad bonum conuertendo: valet conſequentia: ſtante, vt ſupra diximus, Domini Dei derelictione, & deſpectione. Sicut de talibus ſub Babylonis nomine ſcriptum eſt: *Curauimus Babylonem, & non eſt ſanata, derelinquamus eam*: Babylon, quæ confuſio interpretatur, tales repræſentat, de quibus explicitè Pſalmiſta: *Confuſi ſunt, quoniam*

Hie. 51. | Pſal. 52.

Deus ſpreuit eos: Ad ſimiles horum ſic loquebatur Deus, quando Iſaiam Prophetam miſit ad durum populum Iſraeliticum, dicens: *Vade, & dic populo huic, Audite audientes, & nolite intelligere; videte viſionem, & nolite cognoſcere*. Grauius autem inibi minatur ſic: *Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne fortè videant oculis ſuis, & auribus ſuis audiant, & corde ſuo intelligant*, ſcilicet ad ſalutis ſpem. Vnde ſubdit: *Et conuertantur, & ſanem eum*. Et quia videbatur Prophetę hæc cominatio admodũ grauis, ideò quærit quouſq; ſe protenderet. Cui Reſpondit Deus: *Donec deſolentur Ciuitates abſque habitatore, & domus homine, & terra relinquetur deſerta, & multiplicabitur quæ derelicta fuerit in medio terræ*.

Iſaia 6.

Quamuis primò, & principaliter, & ad literam loquatur ibi Deus de induratione, & deſtructione Iſraelitici populi, & ſubſtitutione Gentilium; Secundariò tamen, & allegoricè loquitur & de maximis peccatoribus, de quibus ſupra mentio facta eſt, merentibus ad hunc deuenire ſtatum: & de ſubſtitutione aliorum per ignorantiam, ſiue ex humana fragilitate peccantium; qui minime meruerunt totaliter derelinqui, & deſpici à Deo: immò cum peccantes ſint in Patrem, cui appropriatur omnipotentia; vel in filium, cui Sapientia; & non in Spiritum Sanctum: adiuti à Dei gratia præueniente conuertuntur, & in locum peſſimorum ſupradictorum ſubſtituuntur. Quòd autem hoc fieri poſſit, patet ex illo loco Apocalypſis: *Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam*, ſicut in libro tertio meo expoſitum eſt.

De exiſtentibus in ſtatu iſto dici poteſt, quod de Antichriſti pręcurſoribus loquitur Diuus Euangeliſta Ioannes, qui erant in numero, & in nomine Diſcipulorum, ſic: *Ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis*. Et aſſignat rationem, quare non perſtiterunt in vocatione; quia non erant de ſtatu, ac numero ſaluandorum, ſed ex determinato ſtatu reproborum, & damnãdorum; quod affirmat quando ſubdit: *Nam ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent vtiq; nobiſcum. Sed vt manifeſti ſint quoniam non ſunt omnes ex nobis*: Sicut gratia exempli; Licet

1. Ioan. 2.

Alutę

Digitized by Google

Alutæ mucidæ non bonę, ac parui, vel nullius valoris ad vſum, & ſeruitutem hominis, ſint in numero, & ſocietate bonarum, & cum bonis, vtilibusq; vendantur: Non tamen ſunt bonę, nec bonæ reddi poſſunt; ita vt ſeruire poſſint emptoribus, illis vtentibus. Et quamuis Alutarius, & earum venditor ſciat illarum prauitatem, & inutilitatem, etiam dum morantur in numero, & ſocietate bonarum; latet tamen ementes, & alios, quouſque extrahantur, & ab alijs ſeparentur, ac violentibus protractionibus probentur ex vtraque parte, & frangantur: exierunt quidem à numero bonarum, ſed reuera ipſæ non erant ex bonis, vt certò probatum eſt per ſegregationem, violentamq; protractionem, & fracturam. A ſimili fit de multis in bonorum numero exiſtentibus, qui in rei veritate definiti, & determinati ſunt in perfidorum, & damnandorum ſtatu; quod à nobis coniecturari poteſt per illorum indurationem, obſtinationem, deſperationem, ac finalem impęnitentiam.

De his peruerſis, & in reprobum ſenſum datis loquitur D. Paulus, vt ſuperius tetigi; ſed melius, ac plenius narrabo formalem textum Paulinę Epiſtolæ ad clariorem noſtri intentus doctrinam. Sic ergo inquit textus: *Tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, vt faciant ea, quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia; plenos inuidia, homicidijs, contentione, dolo, malignitate; ſuſſurrones, detractores, Deo odibiles, contumelioſos, ſuperbos; elatos, inuentores malorum, parentibus non obedientes, inſipientes, & adeo aliquando inſipientes, vt dicant non eſſe Deum; incompoſitos, ſine affectione, abſque fœdere, ſine miſericordia.* Et (quod pro ipſis peius eſt) ſubdit ibi Apoſtolus: *Qui cum iuſtitiam Dei cognouiſſent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt digni ſunt morte;* Et qua morte digni ſunt? niſi ſecunda ultra primam peccatorum peſſimam. Tandem ad profundum delictorum veniunt, omnia ad ſalutem media contemnendo. Vt ſcriptura ait. *Impius, cum in profundum delictorum venerit, contemnit.* Et quod eſt iſtud profundum? niſi omnium generum peccatorum patratio abſque vllo timore, &

Rom. 1.

Pro. 18.

Digitized by Google

verecundia, & ſi quando non opere; concupiſcentia, ac voluntate ſaltem; cum ſæpe ſępius malitię, concupiſcentię, malęque voluntati non correſpondeant vires, & poſſe. Et quid eſt omnia contemnere? cum ad hunc profundum venerint in iſto ſtatu; vt affatim dicam iſta contemnunt; internas, & externas vocationes, ſanctos. Deumque; & finaliter omnia media ad ſalutem. In vanum poteſt quis pius pro eis dicere, immo, & ipſi, *De profundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi vocem meam*: Quia Clementiſſimi Dei aures intendentes haud fiunt in vocem deprecationis eorum. Rationem, ac cauſam obdurationis clementiſſimarum aurium optimi Dei erga tales; ſat ſufficienter puto me ſuperius declaraſſe, & quomodo intelligi debeat. Omnia quæ vineæ colonibus
Iſai. 1. poſtremo aduenerunt (vt in Iſaia, atq; Euangelio legitur) ad-
Mat. 21. uenerunt, ita & iſtiuſmodi ſtatus hominibus euenient mala.

Vt non peccemus, aut ſaltem leuius, ne ex commiſſione multorum nefandorum in Spiritum Sanctum, mala noſtra ſorte, deueniamus ad hunc tremendum, & timendum ſtatum: Liceat hic interponere verba charitate plena, viri preſtantiſſimi vſquequaque in omni bonarum ſcientiarũ genere doctiſſ. & trium linguarũ peritiſſimi, quondam Reuerendiſſimi Preceptoris mei, Patris, inquam, Angeli Iuſtinianorum nobiliſſimæ domus ex Chio, tunc ſub eorum dominio, Inſula illa, infœlix poſtremo, quia ſub Turcarum tyrãnide redacta: Reuerendiſſimi dixi; quia dignus huiuſmodi titulo, & maiori erat cùm poſtea (dici poteſt) præter, & contra ſuam voluntatem ad Ienenenſem Epiſcopatum aſſumptus fuerit. Tanto viro pręſtantiſſimo dignus non erat mundus. Nè miremini, lectores, ſi hunc talem, ac tantum virum ſic extollam; cum ad aſtra vſque (quæ nunc tenere eũ piè credo) extollendus eſſet, & magis multo in cœlo exaltatus ſit: Præceptor, inquam, ille meus colendiſſimus, dum in doctiſſima, & celeberrima Patauij Ciuitate legeret, nobis Diſcipulis ſuis dicere, ac ĩgerere ſolitus erat: Filioli cauete in peccata incidere, & in maxima, atque enormia præſertim. Si verò contigerit aliquando ex

quo-

qualicumque occaſione ſecus euenire, Cito reuocate pedes, & ſuperas ſcandite ad auras: licet hoc opus, hic labor ſit, ne ex frequentatione vitioſorum actuum, habitum induatis prauum, ducentem ad infęliciſſimum ſtatum finalis impœnitentię, & damnationis ante mortem, Deo, ſuo iuſtiſſimo iudicio, ſic permittente: Vbi non omnes dicentes Domine, Domine, intrabunt in Regnum Cęlorum; nec valebit Deprofundis (dicere) clamaui ad te domine.

Sed redeuntes vnde digreſſi ſumus: Quid poſtremo accidit huius ſtatus nebulonibus, niſi quod in ſupradicto loco Prouerbiorum 18. ſubſequitur, *Opprobrium, & ignomia,* Quia impęnitentes moriuntur; ac inde ad æternam ignominiam, & opprobrium deſcendunt. De his ſic Diuus Auguſtinus loquitur; *Hac animaduerſione percutitur peccator, vt moriens quis obliuiſcatur ſui, qui dum viueret oblitus eſt Dei.* Et de finalis impœnitentię peccato, in quo decednnt iſtiuſmodi impij, ita Diuus Euangeliſta Ioannes loquitur. *Eſt peccatum ad mortem, non pro illo dico, vt roget quis*; Vlterius ſubdit: *Omnis iniquitas peccatum eſt, quaſi* ſubintelligendo, ſed non ſemper eſt peccatum ad mortem, videlicet ſecundum, quod proprie committitur aliquando peccatum ad mortem, vt loquimur. Præterea ſubdit: *Scimus, quia omnis qui natus eſt ex Deo non peccat*: Omnes ex Deo quidem ſumus per creationem, conſeruationem, & redemptionem, quia quantum eſt ex ſe, & quoad ſufficientiam) omnes per vnigenitum ſuum redemit; ſed non omnes ex Deo ſunt per finalem iuſtitiam, gratiam, & ſalutem.

Prou. 18.

Ioan. 15.

Vnde ita ſe habent, qui hoc modo ſunt ex Deo, *Quod non peccant*, inquit ſupradictus Euangeliſta ibi: nec abſolutè dicit eos non peccare, ſed intelligit non peccare peccatum, vel peccato finalis iniuſtitię, & impęnitentię, vt ſupra dictum eſt. Reddit Euangeliſta cauſam, quare nequeant iſti, ſic ex Deo nati taliter peccare: *Quia generatio Dei, ſcilicet ſancta prædeſtinatio* conſeruat eos, ideſt à tali peccato immunes, non cogendo, ſed adiuuando, & perfectionando eorum liberum arbitrium; *Et malignus Spiritus, non tangit eos*, ſcilicet taliter

Digitized by Google

liter vt vincat, & ſuperet eos, ſic concludit Diuus Euangeliſta. In iſto reproborum, & damnatorum ſtatu fortè erant ſcribę, & Phariſei ciuitatis Hieruſalē, & illi quibus verus Meſſias Chriſtus ſępe comminabatur, Veh æternæ damnationis

Luc. 11. ita: *Veh vobis, quia tuliſtis clauem ſcientię, & ipſi non introiſtis, & eos qui introire volebant prohibuiſtis.* Ac tandem Ciuitati ſic dicens: *Hyeruſalem, Hyeruſalem, quæ occidis Pro-*

Mat. 23. *phetas, & lapidas eos, qui ad te miſſi ſunt;* Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum Gallina congregat Pullos ſuos ſub alas, & noluiſti? Subdit deinceps iuſtam dereli-

Luc. 19. ctionem in ſtatu iſto, ſic: *Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta.* Similiter, & cum fleret ſuper illam, dicens: *Si cognouiſſes, & tu, quæ ad pacem tibi in hac die tua.* Diem ſuam vocat tempus miſerationis, & ſalutis; in qua die paratus eſt Deus dare gratiam, & omnia, quæ ad pacem ęter-

Pſal. 47. nam faciunt: In qua pace poſuit noſtros beatos fines. *Dicit ſi cognouiſſes;* Ac ſi diceret, Non cognoſcis, quia non vis cognoſcere, quę gratis parata ſunt tibi in hac die tua; quia pro tua, & de tua ſalute eſt: & non recipis, quia non vis recipere, hęc omnia parata ad pacem tuam.

Nonne iſta omnia conueniunt in reprobum ſenſum datis? æquidem conueniunt. Quod & declarat illud: *Nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis.* Poſtremò reddit cauſam ruinæ ſuę dicendo; Quia non cognoueris tempus viſitationis tuę.

Cognoſcat ergo vnuſquiſque tempus hoc miſerationis, viſitationis, & ſalutis. Media quoque ad pacem conſcientiæ, & ęternitatis neceſſaria nunc, quando eſt tempus cognoſcendi: Cantetq; corde, ore, & opere Viſitatori, & Redemptori ſuo, dicendo; *Benedictus Dominus Deus Iſrael; quia viſitauit, & fecit redemptionem plebis ſuæ.* Et pro gratitudine (*Cum ſimus ab eo de manu inimicorum noſtrorum liberati*) *ſeruiamus illi, in ſanctitate, & iuſtitia coram ipſo omnibus diebus noſtris. Dum tempus habemus*, ait Apoſtolus Paulus, *Operemur bo-*

2 Cor. 6. *num; & caueamus, ne in vacuum gratiam Dei recipiamus.* Quia ait: *Tempore accepto exaudiui te, & in die ſalutis adiuui te.* Ergo non indifferenter, nec omni tēpore exaudit; ſed tantū acce-

pto

Digitized by Google

pto ſibi, & non accepto nobis ſimpliciter, & ſecundum libertatem noſtri arbitrij, cum detur tempus non acceptum illi, & dies non ſalutis nobis.

Ex quo ſequit, quod, quoties in aliquo lethali crimine ſumus, certò pro tũc, in ſtatu damnationis ſecundũ pręſentẽ iniuſtitiã ſumus: & ſi in eo (quod miſericors Deus auertat) moreremur, damnaremur. Verùm non ſemper in eo ſtatu ſumus de quo loquimur, licèt in peccatis ſimus: & pie credo ex fidelibus Catholicis, vt ſupra iterum dixi, paucos ad hunc deuenire determinatum ſtatum; cùm piè credam, paucos iſtorum immemores eſſe ſuæ ſalutis, habeantque tot Dei, & ſanctę matris Eccleſię auxilia. Ad hunc ergo, vt iterum dixi, merentur peruenire, quando pluries in Spiritum Sanctum peccantes, atque perſeuerantes, omnibus ſpretis ſupradictis Dei, & Eccleſiæ gratijs, & auxilijs, poſtque obdurationem, obſtinationem, ac in finali impænitentia ſunt vt Deo notum eſt. Quę finalis impęnitentia illa eſt, quando proponunt, poſt omnem correctionem, ſe nolle retractare, ac ad pęnitentiam conuerti, nec conuertuntur. Quinimmò proponunt ſe finaliter in praua ſua via perſeuerare: & dum clementiſſimus Deus, atque iuſtiſſimus iudex videt huiuſmodi malum propoſitum; quando vult, ab eis (vt merentur) ſubtrahit influxum, & auxilium ſpeciale ſuum, ſine quibus, nemo facit quod in ſe eſt, & ſic nec ad ſalutem peruenire poteſt, vt ſupra dictum eſt: nec ſuperfluit repetere, cum res tanti ponderis ſit.

Quod reperiantur, & inter fideles Chatolicos huiuſmodi peccatores, dicentes ſe velle mori in finali impęnitentia, tempore multo ante mortem. Teſtor me cognouiſſe quendam diuitem Mercatorem, in negotijs, & familiaribus mundi rebus ſatis ſolertem, ac prudentem, abutentem vxore profani cuiuſdam viri, & (vt ferebatur) aſſentientis, adeò amore illius captum, & ebrium; vt charitatiue ſæpe, ac ſæpius admonitus, & correctus à ſuo Parocho, à Religioſis, ac à me præſertim, & à ſuis etiam familiaribus, amicíſque; vt pro honore, & multo magis pro ſalute animæ ſuæ illam relinqueret. Sed quid vtilitatis ex noſtris charitatiuis admonitionibus?

litus

littus arabamus, & aſino, vt dicitur, caput lauabamus, incaſſum, omnia correctiua verba, & quod eſt mirabile, adeo in peius ille proficiebat, vt diceret: Si Orci os apertum viderem, & mihi minaretur deſcenſum, niſi illam dimitterẽ; nunquam ab amore illius recederem.

Rurſum de ſtatu iſto peſſimo proſequendo, fortè eſt illud deterius, de quo Sanctiſſimus Ieſus Paralitico ad Piſcinam ſanato ſic ait, *Vade, noli amplius peccare, ne deterius tibi aliquid*
Ioan. 5. *contingat.* Ecce quomodo poſt patrationem, & iterationem criminum, finaliter aliquid (contingit) deterius, quod in ſtatu ſimplicis peccati mortalis minime euenit, valde obſeruandum, quid aduenerit his: *Poſtquam malignus ſpiritus exierit à peccatore* virtute pęnitentię, *Ambulans ipſe per loca arrida, & inaquoſa, nec inueniens requiem, reuertitur ad videndum illiuſmet peccatoris à quo exierat opera, & inueniens eum vacantem, & otioſum, ſcopis tantummodo ceremoniarum mundatum, & ornatum; tunc* vt inquit Chriſtus Dominus, *Vadit, & aſſumit*
Mat. 12. *ſecum ſeptem alios Spiritus nequiores ſe, & ingreſſi in illum ocioſum hoſpitem, domum ſuam redigunt in peius, & ſic fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus.*

Tandem quid de peſſimis iſtius execrabilis ſtatus dicemus? Paraliticus ad piſcinam formam pretendebat peccatoris diu in peccato perſeuerantis: Cum aliqua tamen bona voluntate, & deſiderio à peccato liberati, qui tandem Chriſti gratia præueniente, ac ipſo iubente, vt à peccato ſurgat, & tollat ſupra dorſum grabatum ſuum mali habitus vitiorum in quo iacebat, & in via, ac per viam pœnitentię ambulet. Prius iacebat molliter in illo, & portabatur ab illo, ex vno facinore ad aliud; tunc poſtea à peccato per Dei gratiam liberatus, per arctam pęnitentię viam ambulans; malum habitum, inclinationem, & pronitatem ad peccandum, patienter portat in ſalutem, dum non aquieſcit, ſed fortiter reluctat. Licet.n. per Dei gratiam peccator in peccatis habituatus, ab eis liberetur; non ſemper ab habitu, & pronitate illa peccandi ſtatim liberatur, ſed habet vnde reluctet donec ex frequentatis actibus bonis virtutum, induat habitum, & inclinationem ad

virtu-

Digitized by Google

virtutis bonum. Et interim dicere debet: Planè, *Hęc infirmitas mea eſt, portabo illam.* Si dum ita bene ambulat, audit ab otioſis, mollibus, & ſenſualibus peccatoribus: *Sabbathum eſt, non licet tibi tollere grabatum, et ſic ambulare.* Reſpondere debet, vt hic ſanatus Paraliticus: *Qui me ſanum fecit, ſcilicet* Ieſus Dominus meus; *Ille mihi dixit ſurge, tolle grabatũ tuum, et ambula.* Alium demum diuinæ ſcripturę locum ad principalem ſcopum adducam: *Sint, obſecro notata verba, et ſignata myſteria: Ne dixeris peccaui, et quid mihi accidit triſte? Altiſſimus enim eſt patiens redditor.* Hie. 10.

De *propitiato peccato, noli eſſe ſine metu, Neque adijcias peccatum ſuper peccatum. Et ne dixeris miſeratio* Domini *magna eſt, multitudinis peccatorum meorum miſerebitur. Miſericordia enim, et ira ab illo cito proximant, et in peccatores reſpicit ira illius.* Et vlterius hortando, ſubdit: *Non tardes conuerti ad Dominum, et ne differas de die in diem; ſubito enim veniet ira illius, et in tempore vindictæ diſperdet te,* inquit Eccleſiaſtes. Eccl. 5.

Omnes exhortationes, & cõminationes iſtę factæ ſunt, vt peccator caute incedat, & non peccet; vel ſaltem in Spiritum Sanctum: nè adijciendo peccatum peccato, conſtruat cathenã peccatorum, qua ad maledictum ſtatum iſtum pertrahatur, in quo ſuperueniet ei ira Dei: & tunc tempore illo vindictæ Deo accepto ad iuſtitiam, iuſtitias iudicando diſperdet illum. Veh nobis, ſi quando eſt tempus faciendi, & operandi bonum, in flagitijs, & nefandis operibus diſſipamus legem ſuam: quia cum acceperit *Et ipſe tempus ſuum iudicandi,* pro tempore noſtro male conſumpto, iuſtitias iudicabit: Sic ait diuina Scriptura. Pſal. 74.

Et vt exemplo morali vtar; Se habet Deus noſter ad ſimilitudinem in hoc mundanorum Principum, ſancientium leges, & ordinantium pręcepta affirmatiua, & negatiua, vt hęc, vel hęc; & ne hæc, vel illa faciant, ſub temporalis pœne comminatione; puta ſupplicij corporis, vel bonorum ſuorum confiſcatione. Et quamuis accidat vice vna, ſiue duabus, vt ſubditi aliqui ſecus faciant, aut non obſeruent; ſintq; ab alijs cõſimilibus ſubditis, legis Domini Zelatoribus, charitatiuè correcti,

Digitized by Google

pro ſua innata clementia compatiuntur fingentes ſe minime ſcire, expectantes emendationem. Quod ſi iterum reuertantur, vt canes ad vomitum; per ſupradictos legis Zelatores illos admonent, ut reſipiſcant, & a factis contra leges deſiſtant, obſeruentque obſeruanda: alioquin, tranſgreſſio vna ſóluet pro pluribus. Sed tandem non deſiſtentibus illis, ſed malum iter abſque timore proſequentibus, ac deprehenſis, accuſatiſque, & conuinctis, merito latę legis plectuntur pœna, vt ſuum habeat iuſtitia locum.

O quoties multi ſanctiſſimam Dei, & Eccleſię legem tranſgrediuntur, abſque timore. Interim tamen clementiſſimus Deus diſſimulans, ſe reddit, ac neſciret, expectans emendationem, & pęnitentiam: ſed tandem videns illos pedibus, manibuſque, & toto homine viam prauam cęptam currere; ſuis inſpirationibus, & exterioribus exhortationibus multis modis interim eos admonet, vt ad cor redeant, conuertanturque ad viam pęnitentię, vt a peccatis commiſſis ſanentur: alioqui vice vna, cum acceperit tempus, iuſtitias iudicabit. Et cũ expectauerit, ac reexpectauerit (quia lento gradu ad vindictam diuina procedit ira) nec videat in eis reſipiſcentiam, & deſiſtentiam; immo toto conatu ad perditionem tendere: tunc grauitate ſupplicij tarditatem compenſat.

Tandem ſi quis quærat, an de aliquo peccatore quantumcumq; graui, ac de ſemetipſo poſſit quis iudicium verum, & certum facere, nùm ſit in iſto ſtatu?

Huic reſpondeo ex ſanctionibus Sacroſancti Tridentini Concilij, Seſſione ſexta, De iuſtificatione: Cum nullus certò ſciat, ſe gratiam Dei habere, & eſſe iuſtificatum, nec etiam certitudine fidei; eſſeque dignum amore, aut odio, (loquendo de finali amore vel odio,) accepiſſe finalis perſeuerantiæ donum in bono: adeò vt non poſſit ſubeſſe falſum, niſi ſpeciali Dei reuelatione hæc acceperit: immo ſi quis ſecus ſenſerit, excommunicationem incurret. Peccatores autem multi maximè ſcienter, & ex deliberata malitia peccantes, quamuis poſſint, ac debeant pro certò ſcire dum perſeuerant dignos ſe eſſe odio, ac eſſe in ſtatu præſentis damnationis, & de facto dánarentur

Digitized by Google

narentur, ſi in eo morerentur: nihilominus certitudinaliter ſcire nequeunt ſe fore dignos finali odio, aut finaliter damnandos; vel quòd ſtatus ille maledictus in quo ſunt, ſit ſtatus finalis iſte, de quo fuit, & eſt nobis ſermo: niſi ſimiliter hoc ex ſpeciali Dei reuelatione haberent. Nec oportet *Omni Spiritui credere, quia Sathanas aliquando in Angelum Lucis ſe transfigurat*, vt decipiat inducendo incautum hominem ad nimiam præſumptionem de ſua ſalute, vt otioſus, & ſegnior fiat, ac ſi cœlum teneret manibus; neque indigeret bonis operibus; vel ad deſperationem de Dei miſericordia, obijciendo ei magna, & enormia peccata propria. Prius enim probare debemus ſpiritus, an ex Deo ſint, vel non. Credere etiam quilibet debet, *Deum poſſe ſuſcitare filios Abrahæ ex lapidibus iſtis*: ideſt ex duris peccatoribus, vt teſtis eſt Ioannes Baptiſta: Semetipſum etiam ad vitam gratiæ, ſi eſſet vnus de his induratis peccatoribus, dummodò aſſenſum præbeat diuinæ internę, vel externæ vocationi. Semper etiam quilibet cordialiter, & deuotè dicere debet: *Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in morte: ne quando dicat inimicus meus, præualui aduerſus eum: Operando in metu, & tremore ſuam ſalutem.* In metu, & tremore dico; *Quia Beatus vir qui ſemper eſt pauidus: Cauenſque, nè diſſipet legem* Dei, *quando eſt tempus faciendi.* Quia cum ipſe Saluator noſter Ieſus Chriſtus, cui a Patre datum eſt omne iudicium facere, *Acceperit tempus iudicandi*: Vt iuſtus, & æquus pręmia bene operantibus; & ſupplicia otioſis, delitioſis, mollibus, perperamque operantibus exhibebit.

2.Cor.11. 1.Ioan 4. Luc. 3. Pſal. 12. Pro. 28. Pſa l.74. Ioan. 5.

Vt vniuerſi autẽ peccatores optimã habeant, ſe ad pœnitentiam conuertendi, & bene operandi occaſionem, indeq; iram Dei euadant, & eius benedictionem in mortis tranſitu, ac multo magis in vniuerſali iudicio acquirãt; audiant, quid Moyſes Dei amicus Iſraelitico populo ingrato, & peccatis irretito improperabat, & improperando docebat, quid agere deberẽt, ita: Gens abſq; conſilio, & ſine prudentia, vtinam ſaperent, & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent. Similiter, huiuſmodi peccatoribus, ego indignus Dei ſeruus ſalutem eorum cupiens dico: Peccatores abſque conſilio, ac ſine prudentia

Deut. 32.

Digitized by Google

vtinam ſaperetis, & intelligeretis pro veſtra bona ſorte

Tria præterita	{	Bonum omiſſum. Malum commiſſum, & Tempus perditum.
Tria præſentia	{	Vitæ breuitatem. Saluandi difficultatem. & Saluandorum paucitatem.
Tria futura	{	Mortem, qua nihil terribilius. (ſtrictius Vniuerſale iudiciũ, quo nihil iuſtius, et di- Pęnas inferni, quibus nil intollerabilius.

Ex ſcientia, & memoria boni omiſſi; ſolicitudo bene operandi oriretur, vt Saluator ſic pręcipit: Negotiamini dum venio: Ob memoriam mali commiſſi, contritionis, verę́q; pœnitentię dolor. A conſideratione temporis perditi in prauis operibus, ludis, & otioſis plumis, atq; mundi delitijs, eueniret, vtiliſſimi D. Pauli conſilij obſeruantia, quãdo conſulit ſolicitè, ac ferè ſemper, vt ſapientes bene operando redimere tempus perditũ:

Et ſcientia, & conſideratione huius vitæ fragilis, & breuis, vt aranearum tela, & vapor ad modicum parens, & in momento ſe reſoluens; quæ relata, & collata beatę ęternę vitę eſt, tanquam dies eſterna, quę præterijt, & illius anni, pro nihilo habentur. Hęc bona erũt in ipſis, cum bono vſu liberi arbitrij: Primo, quia vitam ſuam præſentem, vt prudentes ordinabunt, Cautius incedent, & peccata euitabũt, virtutibusq; ſe ditabũt.

Ab animaduerſione difficultatis ſaluandi, quia arcta eſt via, quæ ad vitam ducit, & anguſta porta per quam ingredimur in illam: tunc latam, & planam viam ducentem ad perditionem relinquent.

Ob conſiderationem paucitatis ſaluandorum, quia licet: *Multi ſint vocati, pauci vero electi*, iuxta Domini Saluatoris dictum: Studebunt de numero paucorũ, & puſilli gregis eſſe.

Ex futurę mortis terribilis iugis memoria, ac propterea quia neſcimus quando Dominus pro noſtro hinc tranſitu veniet, die, ſero, galli cantu, vel mane; omnes vigilabunt, & parati erũt lampadibus, oleo miſericordiæ plenis, igne charitatis accenſis, ire obuiam lætanter Chriſto Sponſo noſtro, quia æternitatis

tha-

thalamum cum eo ingrediemur.

Intolerabilium inferni pœnarum ſcientia, & conſideratio, in peccatoribus parturiet peccatorum odium, odibunt peccare, & non peccabunt, pœnarum formidine.

Iuſtiſſimi, & diſtrictiſſimi vniuerſalis Iudicij frequens memoria, vbi magis valebunt opera bona, quam marſupia numis plena, & munda conſcientia, quam ornatiſſima verba, & vbi iuſtus Iudex, qui à iuſtitia quoquo modo non flectetur, *Quia iuſtus Dominus, et iuſtitiam diligit*. Non terroribus, *Quia terribilis eſt, & quis reſiſtet ei*. Non muneribus: quia bonorũ noſtrorum non eget. *Dixi domino Deus meus es tu, quia bonorum meorum non eges*, ait Dauid. Non odio: *Quia diligit omnia, quæ fecit*; Tantummodo odit peccata & peccatores, *Quos vt peccatores non fecit*. Non inordinata affectione aliqua: *Quia æquus, & æquitatem vidit vultus eius*. Iuſtiſſimi, & diſtrictiſſimi vniuerſalis Iudicij memoria, pauorem, ac tremorem interrimẽtem, & excludentem omnem vanam mundi conſolationem in peccatores cauſabit.

Addo ego quartum ſciendum, intelligendum, & ſuper omnia optandum bonum: nempe Paradiſi gloriam; omnia mala pœnę, atq; culpę excludentem, omniq; bono vtili, delectabili, & honeſto ditantem.

Et vt laconiſmo vtar; his ſupradictis præteritis, pręſentibus, & futuris, cum cœleſti gloria, ſcitis, intellectis, memoratis, & plene conſideratis; prouidebunt omnes ad quatuor nouiſſima; nempè ad bene moriendum; ad pœnarum inferni euaſionem; & ad lętanter eundum obuiam iuſtiſſimo Iudici, in die diſtrictiſſimi Iudicij; lætanter dixi, quia ſtola cœleſtis gloriæ induentur.

Poſt ſupraſcripta omnia, viſum mihi eſt pro bene operantium conſolatione, ſcribere veritates tres: quas ſi quis ex corde ſyncero offerre Deo poterit, confidere poteſt ſe in ſtatu ſalutis eſſe. Vt Chriſtianiſſimus Theologus Ioannes Gerſon, in ſuo de præceptis Decalogi tripartito. Cap. 17. Scribit ita: Sciens noſter miſericordiſſimus Pater Deus, & cognoſcens noſtram per maximam fragilitatem, & ad malum pronitatem; multipli-

tiplicibus vijs, mortali vita durante, paratiſſimus eſt nobis delicta remittere, & gratiam conferre: Si dumtaxat veraciter, & ex corde illi tres ſubſcriptas veritates porrigamus.

Prima veritas eſt: Domine ſic, vel ſic contrà veſtram bonitatem peccaui, ſcilicet corde, & verbo, vel opere, quod mihi diſplicet; ratione cuius, & pœnitentiam ago, quia vos offendi, qui totus eſtis venerandus, & colendus: quòdque mandatum veſtrum tranſgreſſus ſum.

Secunda veritas eſt: Domine tu noſti, quod bonum habeo propoſitum, & deſiderium, tuo iuuamine mediante, in futurum præcauere, ne incidam in peccatum, & occaſiones peccatorum iuxta poſſibilitatem virium euitare.

Tertia veritas eſt: Domine tu ſcis, quia bonam habeo voluntatem, peccatorum meorum confeſſionem integraliter facere pro loco, & tempore ſecundum veſtrum, & ſanctæ matris Eccleſiæ mandatum, & præceptum. Has veritates (inquit ipſe Gerſon) quiſquis qualicunque loco, & ſyncerè, non fictè, aut mendaciter, ſed ex corde pronunciauerit; confidere poteſt, ſe in ſalutis, & gratiæ ſtatu conſiſtere, & vitam æternam mereri, quamuis omnia enarrata ſuperius crimina cõmiſiſſet.

Ex quo ſalubre conſilium elicit: Vt Chriſtianus quilibet ſingulis diebus bis, aut ſemel, ſero, vel mane, aut ſaltem diebus feſtiuis redeat ad cor ſuum, ſuam conſcientiam examinãdo, An tres præmiſſas veritates proferre valeat cum cordis ſynceritate; Sicque intra ſtatum ſalutis ſe eſſe confidat. Quod ſi eas pura mente fateri non valeat, obſtante voluntate peccandi, qua actualiter delectatur, aut iniquo propoſito, quo quis occaſiones peccatorum vitare renuit, durus corde exiſtens: Teneat, ac credat pro tunc de ſe totum oppoſitum, & quòd *durum cor*,
Eccl. 3. *male habebit in nouiſſimo*.

Hæc ſcripſiſſe volui ad ſummi Regis laudem, & gloriam, cuius omnia in me bona, ſua ſunt. Faciei autem meæ pro peccatis meis confuſio pro nunc, vt non confundat tunc, cum perſpexero in omnibus mandatis ſuis.

Hæc omnia iudicio ſanctæ Matris Eccleſiæ, eiuſque cenſoribus ſubmitto. Amen.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

DI FR. GIO. FRANCESCO DA VERTHENEGLIO ISTRIANO MIN. OSS.

Quis dabit mihi pennas ſicut Columbæ, & volabo, & requieſcam? Pſal. 53.

PArtita l'alma, il corpo entra in la tomba,
Et là ſi oſcura, col mondano pianto:
Mà non virtù, non l'eſſercitio ſanto,
Che dopò morte più ſona, e ribomba.

Vorrei però di lode tua far Tromba:
Mà ſe volar io voglio in ogni canto,
Et poi ne i Rami tuoi poſar alquanto;
Chi mi darà le penne di Colomba?

Vè l'Opre tue, quante ſon, degne, e ſoaui.
De li predeſtinati, & de' preſciti
Il Dialogiſmo, & le Città due graui.

Ne le due Vite oprar ci moſtri come,
Nel Dialogo ad orar c'inſegni i riti,
Tu dai Regola à noi: Noi à te Nome.

Digitized by Google

5 - 3 - 6 - 7

Digitized by Google